NOVESIVM, alij Nouesum, Marlianus, & vrbis anales, Nussiam, Ns^oct^o Ptolemeo Germanie vrbis, item Tacito, Ammiano Marcellino, Antonio Pio, alijsq; memorata. Et **NIVISIVM** Gregorio Turenensi, Sed Abrahamus Ortelius, ex nummorum notulis Ptolemei, omnino alijs colligit. Vrbs est Vbiiorum Rhenana; quatuor miliarib. sub Agrippina Colonia distans, quam Marlianus in Ducatu Iuliacensi, sed Ptolemei enarrato, melius, in Colonensi diecesi collocat. Tacitus, Legnorum gentem vbijs proximam constituit, & in ea, Nouesum. Eam tamen gentem, propter Vbiorum, & Mepapiorum potentiam, nihil propriæ ditionis habuisse, compertum est. Hec vrbis, à primordio, secundis Rheni fluctibus irrigata, sinistrum situ latu illustrata, donec fortuna minus propitia, alueum Rhenus immutans, vrbem que non longo spacio adspicere, brachium eius vrbibus reliquerit. Qui Nouesensem oblidionem Caroli Burgundionis accurate describit, Monachus Cenobij suburani Noui montis. Cluitatis inquit, Nussienis dispositio, magis in longum protrudit, quam in latum. Per cuius longitudinem ad orientalem plagam, amnis præterfluit Erppia, ibidem à Rheni fluui abforetur, vnde etiam ciuitas ab hac firmatur parte, nec alia habet fostrata. Distans tamē riuis iste, itinere quasi mediæ horæ à Rheni fluui, & per plures gradus ab illo riuo fit aſcelus ad ciuitatem, que in alto polita est. Sed ex Rheno brachium procedit, in quo intrat Erppia iuxta ciuitatem. Et illud brachium pariter cum Erppia, constitutum fluui, ita ut maiores naues ex Rheno ad ciuitatem cum mercibus deferat. Et brachium hoc Erppia adauit, etiam duas, vrbis vicinas ambit insulas, una maior, altera minor dicitur. Deinde, à tota Septentrionali plaga in latum, & pro media parte occidentalis plaga in longum, ipsa ciuitas dupli cingitur muro, & in vtrique coplures turres firmæ, & foris repletus est extimus murus terra, quasi vſque ad sumnum, vbi ambulacrum habet, ut tutam stationem defensoribus prebeat. Alia deinde media pars occidentalis in longum, & meridionalis plaga in latum, simplici cingitur muro, extra quē, lato & alto munitur aggere, vtrique fons bene defensio. Atque hac quidem oblidionis Corolianus enarrator. Templum est Nouesij collegiarū Canonorum, & Canonistarum D. Quirini reliquias, tymbo operoso, & frequenti peregrinatione memorabile, De cuius prima fundatione, hac loci archivium suppeditat.

Euerhardus Comes, & Matrona nobilis Berta Comitissa, vxor sua, diuino Spiritu ducti, sua alodia contulerunt ad construendam Ecclesiam Nussiem, in honorem Dei, & Beati Quirini martyris, se, & alla bona sua eidem Ecclesie postmodum conferentes, excepto, opido Nussieni, & duabus Curtibus, quarum vna Hukelhem, & altera Herda, nuncupatur. Quas Cartes cum iam dicto opido Nussieni Berengero, tunc Tullenii Episcopo, suo filio contulerunt, hoc pacto. Quod ipse in eisdem Curtibus, & opido Nussieni vium fructum, quo ad viueret, obtineret, & post mortem suam, ipsum opidum cum Curtibus supradictis communiter possiderent, Maior Colonensis, & B. Quirini Nussienis Ecclesia. Postea ergo, mortuo prædicto Tullenii Episcopo, Renerandis, D. Anno secundus sancte Colonensis Ecclesie Archiepiscopus, Anno domini 1074. Quinto Kalend. Octob. in die Dedicationis Majoris Ecclesie Colonensis, paci & vtilitate praedicatorum Ecclesiarum paterna sollicitudine prouidere, alteratio numque causas, qua frequenter eveniunt, occasione possessionum indiuisarum, ab iſdem Ecclesiæ penitus removere cupies, de ipsarum voluntate & attenui communi, diuisionem possessionem Nussienis opidi, & curtium predicatorum inter ipsas communium, fecit, hunc in modum. Quod Major Ecclesia Colonensis, Hukelen cum molendinis, pratis, & alijs pertinentijs suis Ecclesia vero Nussieni, curtim de Herda, cum suis similliter pertinentijs, sine aliqua calunnia diuisum, perpetuo possidere debet. Et quod vniuersalia iudicia opidi Nussieni, nomine Colonensis, Ecclesia, excepto tamē iudicio Abbatissæ Ecclesiæ Nussieni, quia de bonis eiusdem Ecclesiæ, in sua Camera exercere consuevit, ad ipsum Archiepiscopum Colonensem, tanquam tutorem, & defensorum eaurum dem Ecclesiarum, cum alijs nonnullis iuribus dicti opidi pertinere debeant. Et ne ex tali diuisione, Ecclesia Nussieni ſela videretur, idem dictus Archiepiscopus eidem Ecclesiæ infuper dedit duas curtis, cum pertinentijs earum, quae cum vna sita est apud Vdesheim, & alia apud Langenfeich prope Rhenum, quas curtes, ipse Anno Archiepiscopus, de suis bonis iacentibus apud Helmesteden in Saxonia, ab Ecclesia S. Ludgeri in VVerdena emerat. Dedit præterea eidem Ecclesiæ Nussieni, tertiam partem agricultura in terra, quæ vulgariter dicitur. Xerland, quæ sita est circa dictum opidum Nussieni. Dedit etiā præter alia iura ſape dictæ Ecclesiæ Nussieni, omne, quod de fermento ceruili, (quod fermentum vulgariter dicitur, gruit) debet, vel posuit accipi in opido Nussieni. Ita quod sine eius licentia, nullus posuit ibidem ceruiciam fermentare.


Anno salutis M.L. Keuerenda Domina Abbatissa Ecclesiæ Nussienis, Romam, deuotionis ergo proſecta, à fratre suo, Leone nono, tunc temporis Romano Pontifice, reliquias D. Quirini Ducus Romani, & Martyris, imperavit, & Nouesum tranſuexit. Qui fanguinem pro Confessione Christi profudit. Anno 274.


Quemadmodum autem multorum annorum decursu, Nouesum opibus, mercatura, & potentia floruit, ita vt sit, dum vrbes & opida, fatalia sua puncta contingunt, grauissimæ etiam calamitatibus præmitur. Nam circa annum Christi 88t. vt ex Siegberti, & Reginonis chronicis lib. 2. conflat, Northmannorum Reges, Godefridus & Siegfridus, Agrippinam, Bonnam, Tulbiacum, Nouesumque igne depopulantes, in fauilla redegerunt.

Sub Philippo, Romanorum Rege, ob diuera Adolphi Archiepiscopi Colonensis studia, qui deserto, quem prius Aquisgranum coronarat, Otone, Philippi Regis æmulo, huius sequebatur partes, & eidem etiā Kegule diadema Aquisgrani impofuit. Vt hinc Clemens III Romanus Pontifex, cum à fede Episcopali amouerit, Brunone de Seyna, ſurrogato, vnde Philippus Rex caſo Ottone, hostiles in Episcopatum Colonensem copias introduxit. Et expugnatam vibem Nouesensem Adolpho Archiepiscopo traxit. Quam historiam Crantz in sua Saxonia lib. 7. Segebertus, & alijs describunt.

Deinde Anno salutis M. CCCCI. xxxiiii, vnius feriannæ obſidionem, à Carolo Burgundiano sustinuit, qui tandem, aduentante cum copijs Friderico Imperatore, soluti caſtris, Nouesio non expugnato, difcedit. Imperator autem Nouesenses prærogatus, & priuilegijs ditar. Nam immunitatem veſigalium, quæ telonarij Rhenani ex mercibus præter nauigantium mercatorū exigit, ipsi donavit, libertatem etiam cuendę pecunie, Edixit in ſuper Ciubis, ut auream aquilam in clipeo nigro in lignis militaris viſu parent, & qualilibet senatus literas, rubra cera, obſignarent.

Sed in omnium grauissimam calamitatatem inſcribimus Nouesum Anno 1181. mense Maio incidit, tum ob religionis diſfidium, tū ob libertatis ſtudium, quo priuilegia, opes, dulcemque libertatem, cum ſumma vicinorum omnium miseria, turpiter amisit. Quādūcum Episcopo ſuo Colonensi, solitas diputationes fouit, quando oblatum ab eo præſidium reculauit, & in propinquâ hoffia vicinitate, etiam monitum nocturnas excubias negligenter habuit. Quam vrbis valitatem, ab elegantissimo huius temporis historico, Michael ab Ifelt, in adaucta ſurijs historia, graphicè deſcriptam, in indice referimus.





V V E S A L I A



ESALIA M. superiore, Pirckheimerus, & Althaimerus, commentarijs in Cornelium Tacitum Vofiam, & Ficeliam, antiquitatem appellatam, perhibent. Ibique Mammean, Alexandri Imperatoris Matrem casam, atque sepulram, Quam Christianissimam mulierem scribit Abbas Spanheimensis, lib. de scriptoribus Ecclesiasticis, ex Alexandria Antiochiam concessisse, & Christianam Originis doctrinam, cum ingenti admiratione audiuisse. Quod eriam in vita Alexandri, Georgius Cedrenus, grucus, hystoricus, refert. Sed nos VVefaliam ingrediamus. Oppidum est, ad finitum Rheni latus, & suo quondam iure sub Romano Imperio floruit. Cum ante, sub Schonembergicorum aducatis, ac Burggrauatu, alieni iuris, fuerit. Donec sub Friderico secundo Imperatore circa annum M.CC.XXII oppidanorum impenta, ad Imperium Romanum pertenit. A quo tempore, nullius vnguam Adiutori, hue Burgrauui magnificatum agnoscet. Et ne in posterum etiam vnguam agnoscet, certis est ab Imperatore Guillermo, Anno Chiristi M.CC.LII. privilegijs, & libertatibus donatum. Deinde Henricus, eius nominis seprimus, filius Henrici Comitis de Lutzelburch, Imperator electus, VVefaliam, & Popardiam, Balduno Archiepiscopo Treuirensi, fratri suo, pro certa pecunia summa impignoravit, pro auxilio, & copijs conquirendis (vt atellatur in vitis Caesarum Cyprianianus) ad componderem discordias, & mura vulnera Guelphorum & Gibellinorum in Italia. De qua impignoratione, in Bopardia descripsione, plura VVefalia igitur nunc, Archipreuli Treuirensi parer, sive est per amorem, & dictionis priuatis, ac publicis decoratur. Inter quae, pietatis dicata, maximè commemoranda veniunt. Hic igitur initio, viendam se præbet D. Virginis Ecclesia, in superiori oppidi parte, inchoato anno salutis M.CC.C. viii (qui annus in altis ac pulcherrimis beneficis, chorii, eiusdem Templi, perantiquis literis, annotatus est). Sed anno M. CCC.XXXI. Ipsa Assumptionis die, in honorem B. Virginis & Annae Matris eius, est consecrata. A Balduno autem, Archiepiscopo Treuirensi, ex Parochiali in collegiatam commutata Fundata autem primi us, & edificata ex elemosinis. Reip. VVefalensis. Offeret de hinc fœtum virginum, ordinis D. Bernadi Abbatia, quæ in Diocesi Treuirensi, omnium antiquissima dicitur. Prope menia deinde Rhenum versus, Xenodochium conspicitur, in cuius Ecclesia, supra summum altare, columna lignea est, ad quam alligatus à Iudeo & flagellatus S. puerulus VVenerus, martyrium passus est. Vbi germanice scriptum legitur M.CC.LXXXVI. *Hic Wertherus de Wammenach: den iodi arctiter XIII. Kal. Maij.* Cripta etiam nunc extat, in qua perfidissimi, hoc facinus perpetravint. Corpus eius, metu penarum, extulereunt, & abiecereunt in locum, non procul à Bauaraco, vepribus & spinis obductum, quod postmodum ab incolis inventum, translatum est Bauaracum, vbi Deo in eius memoriam edificatum est Templum, quod hodiernò adhuc tempore, ab eius nomine, appellationem habet. Quamois martyris reliquias, Lutherani profundè in terram miserint. Generofus dominus, Eques & nobilis Holtatus, Henricus Ranzoutus, lib. quem de annis eneaticis scripsit, hunc pucrum à Iudeo anno xxiij sepiro in die parfecte suspensus, flagellatum, membris omnibus concisum, crudelique morte interemptum, commemorat. Est & Ecclesia, prepotenti Deo, S. Martini nomine, sacra, cui vnicus Rector præesse confuevit, sed cum eadem benè dotata, diues esset, sub Diethero Archiepiscopo Treuirensi, Anno salutis M.CC.C. iiij. facta est collegiata, & perpetua fundatione ordinatum, ut esset Praepositus ibi, Decanus, Et quinque Canonici.

B O P A R D I A.

BODRIGA, Germanicæ opp. finitum Rheni latus, situ iunctu exornat. Bopardia, Boparten est, vt Pirckheimerus certet Telonio innescit. De primis eius initijs, pauca apud probatos Auctores leguntur, Nisi, quod Munsterus, & B. Rhenanus, Rerum Germanicarum lib. primo, & tertio. Et Andreas Althaimerus in Tacitum referant, quod consularis Dux, qui eo tempore, quo nondum Germania tota patru Romanis, sedem habuerit Moguntiaci, & sub se Prefectos militares vnde, cim. quorum vnu Bodobriga, nunc Bopardia, confederat. Illud quoq; constat, quod Drusus, quinquaginta & plura castella, per ri-pan Rheni exerxit, inter quæ, Bopardiæ, vnum fuisse, multi viri docti, existimant. Cuius rei, magnū eriam argumentum esse possunt, verutissime & quadrangularis structuræ, rotunda illa in muris munimenta, mutorum altitudinem non excedentia, sine turribus supèrē plana, aequalibus interuersis distantiæ. Est & pereruptus, manuscriptus liber, sed anomimus, qui Oppenheim, Ingelheim, & Bodobrigam, vno eodemq; tempore construta perhibet. Vnde autem Bodobriga nuncupatio, Bopardia legitur. Nam Otto tertius Imperator, qui est fundator Ecclesie collegiae S. Martini apud VVormatiæ, donationem fecit ipsius Ecclesie, in cuius literis, sic legitur. Ad Ecclesiam S. Martini, infra muros VVormatiæ, constructam, de limis quandam, nostra proprietatis Ecclesiam, in villa Bochara nuncupata, infra nostram regiam Curtum sitam, &c. Data idib. Septembri. Anno dominicae incarnationis D. CCC.xci. Indictione sexta. Anno III. Ottomis regnante, Imperi autem sui primo Actum, Romæ felicitate. Bopardiens autem oppidum, eadem ratione, qua & VVefalia, ad Archiepiscopatum Treuirensi deuenit. Ab Henrico enim septimo, eius nominis Imperatore Balduno Archiepiscopo Treuirensi, ipsius featti, impignorata fucunt. Nam, Anno M. CCC. xi. Baldinus fuit Ecclesie, quod Bopardiens & VVefalensis in Sturis & alijs Treuirensi Archiepiscopo obediens, & intendens, impignorabat ab Imperatore benevolè obtinuit, quod utiliter impetravit. Si enim legitur in literis, super hac impignoratione erectis, & datis, apud S. Cassianum in castris, ante Florentiam, Anno Domini M. CCC. xii. Regni Henrici quarti, Imperi primo, VI. Idus Decemb. Quare non sub Conone Archiepiscopo, sicuti malè narrat Cratopolius, in suis Episcoporum Treuirensium Rhapsodis, hanc impignorationem factam, constat. Cono tamen, summam pecunia impignorationis adauxit, ut eo difficilius esset redeinptio.


LEGITVR quoque in gelio Treurensi, & Mortuo Henrico septimo, successit Ludouicus Dux Boiariz, Ab illo rursus libertates Ecclesie & priuilegia fecit innouari Balduni.

ITEM, Anno M. CCC. xv. Ludouico Caesaris aduersus Fridericum Austriacum, Baldinus in prælio fortè nauavit operam apud Spiram, ram auxilijs militariibus, quām re frumentaria, quo loco, multa Ecclesie suæ priuilegia impetrans, Bopardiam, & VVefaliam, & additionem Golgenscheidt, in pignore sua Ecclesie, cum Hulda acquiuit.

ITEM; Anno M. CCC. xix. Baldinus auxilio venit Ludouico Caesar, aduersus Fridericum Austriacum apud VVishbaden, vbi, cedente Friderico, vt Bopardiens, si nollent ipsi obediens, autoritate Regia diffidate posset, impetravit. Quam obedientiam, cum negarent, Baldinus, auxilio Episcopi Moguntini, magna vi Bopardiens inuaserit, pertritus portis, & incensa oppidi parte cum suburbio (quod tamen præter voluntatem accidit Episcopi ipsorum in ordinem rededit, ut gratiam ab eo postularent, & illi, eiusque Ecclesie subiectionem, & fideliatem iurarent. Hinc videlicet, quod non sub Conone, prima impignoratio facta sit.

PROPS. Telenium, quod edificatum est castrum, dicitur Baldinus, vt Bopardiens in officio contineret, exerisse. Iuxta Bopardiam Arx vetus est, quam vulcani rabies deformauit, Domus Regia, vulgo nuncupata, quæ in Potestate Baronum est, vulgo. *Die Bayrherm von Bopart* appellatur, qui multa castra in Locharingia possident, vbi, vt plurimum morari conueuerunt. Hæc autem Regia Domus An. M. CCC. XCVII. à Bopardiens, in obfitione secunda Brändenburgiæ Ducis, ne hostis esset munitione, incensa est. Torrens hanc præterlabitu domum, inde nomen habens, *Die Bördige Bach*, originé habet ex proximis fylis ad oppidum pertinentibus. Reipub. eò commodus, quod leprum per illum molix agitantur. Primaria oppidi Ecclesia S. Severum Episcoporum quondam Ruenennæ Patronum agnoscit, qui inditio columbz, ex laico, subiit factus est Episcopus. Quasdammodum eius memorat historia. De fundatoribus summi Monasteri, hoc est, B. Mariz virginis monte, Cratopolius in Annalibus Episcoporum Treuirensium refert, sub temporibus Arnoldi octuagesimi sexi Archiepiscopi his verbis. Monasterium Mariz extra muros Bopardiens, Benedictine professionis Monialium, & poribus Henrici quarti Imperatoris, ac huius præfusis, ex bonorum hominum eleemosynis fundatum, hic Arnoldus Archiepiscopus Treirensium promovit, & illi bene propitplexit. Est & hic Carmelitarum instituti Monasterium, cuius sacra ædes, multa nobilium & Magnatum sepulchra habet.





DANIA



ANIA terra continentis extrema in Arctos extensa, quas habet solidi & continuas partes, eas magna vndarum interruptio, pro varia freti reflexiori obliquitate discriminat. Ducatum Holstensem, Thiermarsensem, Slesvicum, Scaniam, Hallandiam, Bleckingiam & Iutiam provincias habet, & insulas mura amoenitate prestante non paucas. Regio titulo decoratur.

S C A N I A, magnitudine & opibus, facile superat reliquias regni provincias. Alij nuncupant hanc Danie partem Scandinaviam, pro Schon-dania, id est amena Dania, Alij Scaniam, atque alii Scomingiam. Multis igitur à scriptoribus compellatur nominibus, Scondia, Schondermarchia, Schondania, id est, amena Dania. Plinius aliquo loco Scandiam & alio Scandinaviam nominavit: sed manifestius illi virtutis Scondia nomen, quod pulchritudinem significat, quoniam eodem beneficio, telluris obsequio, portuum & emporiorum commoditate, maritimus opibus lacuum & fluminis plicatione, convectione nobilium ferarum, inexhaustis diuersis generis metalli venis, oppidorum frequentia, ciuilibus instituti, nulli certe beatae regioni. Atque ita quidem de Scania scribit Daniel Clarius, auctor peculi Germaniae, qui vniuerso elogio, sub hac Danie parte, etiam Bleckingiam cum Hallandia comprehendit, sed non de Scania separatim. Ea regno Suecie continens est. Et nequamq[ue] Crantzius, aliorum relata deceptus, refert, vndeque aquincuata, latitudo duodecim, longitudine octodecim ell[m] militarium. Media est inter Bleckingiam provinciam & Hallandiam, quarum illa, ad austrum, h[ab]et ad Boream claudit, est autem regio Danie palcherrima aratura virtu, opulenta frugibus, dines mercurios. Ecclesiis plena, paucis arcibus nobilium, curis praeditis, & monasteriis ornata. Metropolis in ea est Londa, sine Lundia ab Ellebogen tibus miliebus, distans, agrorum circumquaque iacentium secundatur fortunata. Vbi trajectus ex Cronenburgo in Scaniam. Arx Regia excelsa in monte Helsingborch, & iuxta oppidum eiusdem nominis, inde tribus miliebus in meridiem alia est ad mare Arx, Landesbroon, ex qua ad Malmogiam, que & Ellebogen dicitur, duo sunt miliebus. Et ea in signe et imperio, & praecepsa rotius Scanie iusta, propter mundanis & frequentes negotios. Hinc duobus ad austrum miliebus est Falsterby vicus ob Halecum capturatum celeberrimum, ad quem certo anno tempore, ex diuersis Germanie, Danieque que ciuitatis incertiores convenire soleant. Fuit hec Halecum capturatio, olim circa Rogiam, & in littore Pomeraniae sed peccato populi crescentibus, inde in litus aquilonare migravit ad iam dictum vicum Falsterby. Verum paucos ante annos, captura etiam illa rario est facta & sensim in Malastrandum, que in primo aditus Norvegia ciuitas est, declinavit, ubi hodie, & in locis occidentalibus, maximo emolumento exsistunt. Et Scania fera omnis genere frumentorum, genere belliecola. Nam ea, vbi bellum cum Sueciis gerendum, prima euu limitanea ad arma vorat, unde ferocior exerter. Inter praecitum, quis Haeret, vocant, maiores Sueciaque finitima sunt. Gedinghaer, & Frosten.

H A L L A N D I A à parte aquilonari, Scania vefas Boream ab oru, Sueciam attingit. Initium, vbi Scania continua, ab immenso promontorio fumens, quod Hallanda Aals nauta vero Kullen, nuncupant, & secundum litoralem tractum viques ad Elsfburgum, Sceniam ar. cem extenditur. Ad ortum enim Suecia parte attingit, que VVelfortia dicitur, magna agrorum fertilitate praedita. Hinc vibibus ar. bus, templo, Nobilium habitationibus, praedita, & pagis paucis exulta. Sed quibusdam in locis proximo bello Suectio nonnihil deformata. Ciuitates martingae sunt, Halland, Aas, Lahein, Helmstedt, Falckenburgh, VVassiburg, sexto de miliebus Elsfburgum, regni Suecia Arx. In littore Hallandie, innundata lunt insulae, atque corpori, sive nomine, quorum series se late circa Norvegia littora & promontoria extendit. Frumentis & pescibus abudant, cigni, grises, anferes, canis, fylsylvestris, que magno agnitionis auctio tempore eò commigrant, ad manus litus & in lacibus, ingenito & subili auctio capiuntur. Et, cum in hac regione paucis nemora sint, ac sylyne, in quibus lupi, cervi, capreolus, vulpes ab leporibus abundant, hinc multam operae vacatio[nis] pasim impendit. Quin & boum, & equorum numero agmina in Germaniam in quantitas emittuntur.

B L E K I N G I A terra Scania Provincia, ad Aulium porrigit, non procul ab Suecia parte, vbi Colmariana ciuitas, cum arce sita est. Germaniam respicit, & habet ciuitates vefas a mare, vel ad sinum aliquem mari Gras. Trelleborgam, Illediam, Santhamer, Abutum, Selsburgum, Elcholmiam, & Rottene, quae ad finem Suecia sita est. Incolae, vt plurimi cum Germanis maxime vero cum Lubencibus & Rostochiensibus frequentes negotiations exercit, agros colunt, sed portissimum pacis gaudent. De his iam commemoratis, tribus Danie provincijs, bene scribit Crantzius, quod simili sunt, & paucum confidit duplo amplius quam vicina, quam flatim ingrediuntur, Zelandia.

N O B I L I S S I M U S tonus Europei siou, vulgo Or Sunde, Scianam à Zelandia dispecat. Ita per excellentiam hoc Danicum fretum vocatur, aliquo deinde ellatio. Qui fecit fixis, capitale etio, & bona quantulacunque subfracta, regio silico edidit. Hae ergo velificantes, dorsumque mari scantes, quo cuncte soluerint, has fauces intrare, debentumque portuorum, vel deductis, rego quatuorpende teneantur, quibus transmissis, mox alii onustores rationem redditur cateriuntur appellant. In hoc igitur facto Danie Rex, omnes quasi Europae negotiatorum domare potest. Videlicet nostris temporibus, anno 1537, quando nobilis & aureum han siuam Rex claudens, Zelandos atque Zelandois misericordia reddidit, quorum sexcentae naues ibidem detecta sunt, ob illarum iniuriam Regio i gato Caio Ranzouio viro Nobili, quem Rex cum litera & mandato Bruxellam ad Ducem Parmentem ciuidem anni Ianuarii Mense, alegavit. Vbi in rebus felicitate adhuc & catena aura cum effigie Duci Parmentis donatus, à Statuto militibus, tertio a Bruxella militari capiuit, Bergam ad Zoomam inde Regio referatur litteris, & recepta catena aurea, xvii. Ianuarii Hagani Comitis in Hollandiam deditur. Et ita tandem gratiosus periculi meru dimittitur. Ad tantam vin dicandam iniuriam, Danie Rex siuam hunc claudit, & sexcentas Statuum naues in eo retinet, donec multitudinem periculis tanta millia imperialium dolorerum. Ex quibus Caio Ranzouio, ob capturatas perpellit as iniurias, decens milia, Rex gratiosus donavit.

T O R R O Oeris omnes naues inter Scianam & Zelandiam, per nobilissimum hoc fretum nauigare solent, tamen frequenter accidit, vt minor naus, quibus ab insulis & locis vadosis minus est periculi, ex Holstia & Lubecco viciniisque regionibus solentes, per Balticum mare nauigationes suscipiantur, ita tamen, vt in oppido Noburg confusa vedi gali Regi Daniæ persoluantur.

Z E L A N D I A, inter reliquias Regni Daniæ insulas, maxima sequitur, cuius longitudine xvi, ell[m] militarium. Habet ciuitates xiii. Arces Regis, aspergit. Parochias premodum in primitus. Traiectus in hanc insulam multi, breuius illius ex Helsingburgo Scaniae, cui ex oppolito Zelandia exhibet Arcem, verè Regiam CORONEBVRGAM, & munificissimam & inexpugnabilem, Frederici Regis oris. Cuius peculiarem descriptionem damus. Insula haec rura habet pugna & ferrifera, abhuc fructuaria, sicut est omnis generis proferens. Saxonis historiæ patria. Vibium in Mediterraneanis pacipius, ROTSC HIL D I A ell., sic a Roe, id est Regi, & forte ad manu appellata, qui editore loco suis perentes vodrum scaberat euomus. Hanc citam viris accuratas descriptionem dabimus, à nobilissimo viro Regio Cancellario D. Nicolao Kaas nobis praesentata, peculiari volumine, quod de sola Dania meditatur. HAFNIA REGIÆ Metropolitæ portu mercatorio & auctiaco confusa commodissimum nomen trahens. Academia inclita, Regio hanc inflam exornat. Verus aquilonem HELSINGOR A ell., vbi littoralis. Sequitur deinde Arx omnium magnificissima, quam Rex Fredericus secundus villa diruta, loco omnium amoenissimum singulare apparatu condidit, canque de suo nomine FRIDERICIBVRGV M nuncupauit.

F I O N I A proxima est, Insula aliquanto minor Zelandia, sed fortitudo felicior. Copioso enim frumentorum prouentu ita abundat, vt remorissa maris regione, et quotannis paucis annis emitat preferenti sibi & hordeum. Quemadmodum etiam annuariorum numeroso bonu & eorum greges Germani suppedantur. Qui littora inhabitant, præter agriculturam, pescationibus etiam incumbunt, vide haud contempnenda rei domestica compendia sibi comparare. Nec defuit, sed multas, per totam insulam sylys, ceruorum, capreorum, leporum, atque vulpium venationes. In eius quasi mediilio, Metropolis est OTTONIA, vulg. Öttensebe, Vb[is] Episcopalis, ab Ottone primo, mulierum tellus monia adiuncta, circa et tempora quando Heraldum Regem ad fidem Christianam iusti p[ro]vidam induxit, etiisque filium Suorensem e[st] facie fonte suscepit. Hac viba, emporium ell[is] Insulae prestant, in quo circuca feluum Epiphantiaz insulanorum, ac p[ro]p[ri]e ipsi nobilium frequens conuentus, sicut Chiloni in Holstia celebrati solet. Circum Ortoniam velut centrum, et equali prope dillantia reliqua ciuitates in manu littore, ita sunt conditæ, vt portu[m] situsque opportunitate, negotiationes suis non solum in mari Balio, et, verum etiam per Sueciam, Norvegiam, Ruffiam, Belgiam, atque Germaniam latè exercere soleant. Nomina carum haec sunt; Niburch, Siegburch, Fa. borch, Affens, Biegens, Middlefart, Kettymonde, Regas Arces Flonia quarum haberet, Neuburgum, Hagenchouvy, Hingagel, Echzburg. Et curiam Riga d. Pagos complures, & Nobilium prædia non pauca. Et enim haec insula ob coeli amoenitatem, & iugera fructuosa, Nobilibus vris gratissima sunt etiam quendam in hanc insula loco belloris preglis nostra memoria nobilitata. Est enim mons quidam Olchenberg, non procul ab arce Hagenchouvy, in quo Regis Christiani tecum auctoripio Ioannes Ranzouio Equus Aurasius dum bellis, ingens prælio deuicit Christopherum Comitem Oldenburgensem, Anno Christi 1535. Et dixi, suni quo in consilio duo Comites alter Hocensis, alter Tecklenburgensis interempi sunt, quorum caduera posita loco pugna effossa, Ottoni de lata, & in templo S. Crantzi sunt sepulta. Circa idem etiam tempus in monte Fausi heburg, qui militari diffat ab oppido Aicens, aliquot rufi corum milia caesa sunt arque profigata. Plures Floniae adiacent in sole minoris, numero xxxv, omnes sive habitatae & cultae, quarum Langelandia maxima. Has autem omnes ob hanc loci angustiam, in Indice, decrui narratione descrivimus.



IVTIA, occidua pars Danie, qua in Prolematu Chersonesum Cimbriam appellatur, inter duo maria longe in Boream, quemadmodum Italia in au-
stri portigitur. Ab albi flumine ad Aquilonem, oblongata prope miliaribus germanicis ad opidum Seagenam porrecta, multas amplas, & ingens regiones co-
Meridionalis Iutia ex Saxonia a dito, nempe circa Alciburgum xx. miliaria habet. Ea autem duplum constituit Meridionalalem & Septentrionalalem, in
ea Nordalbingia est dicta, ac Romanii Imperii boreanum versus extrema dirio, ac limes semper fuit. Eamusque ob castrum, Imperator Henricus Anceps, limita-
neam praefecturam, in viba Slesvicensi non nihil imperii limites prætergessus, constituit. Habet autem Iutia pro termino australi Eidorum fluuium, qui ad
occiduum decurrit, exire in mare Britannicum. Eritios dirimunt a Thietmaris, limes proinde Danie atque Holstiam. Sequens autem Regio, Slesvicensis
Ducatus est, que Iutia australis dicitur. Ab Eidoru decim & octo miliaribus, ad Koldinganum, vique protenditur. A metropoli Slesvicensi, & percutit
emporii nomen habet. Olim Iutia Ducatus appellabatur. Quem V. Valdemarus Abelis Regis Danie præcepit, primus in feudum accepit ab Erico Rege,
circa annum M. CC. L. XX. Extenda ante Regum ac Dacum flumina, & feudum regno in unum corpus redintegrato. Margareta
trium regnum regna, ducatum Slesvicensem permisit Gerhardo Comiti Holstiae, hac conditione, ut Regi Danie collatum beneficium recognosceret.
Reliqua autem terra à Koldinga Iutia borealis vel Cimbrica septentrionalis dicitur. Norvegiam versus se extendeat ad promontorium cimbricum, iuxta
Schagenn, ob tyres & vadofum, in locis mare nautes celebre, ac mercantiam, opidum in eum curvata definit, & ad decem germanorum milium
spacium mare excurrit. Sed Iutia, que austriū reficit, angulissima est prope Slesvicum, vbi Isca fluuius ab oceanis, & Silia ab ortu illorum faciunt. Quem
primo Godfridus Rex Danie contra Carolum Magnum, tanquam limitem regni sui excisit. Postmodum Thira Regina Danie, Heraldi Regis mater re-
parauit. Deinde Margaretha Regina Danie, cui nomē indicum Nigræ, mater Canuti Regis, terrò muriis & fossis amplissima firmari fecit. Et Denneyverc,
etiamnum vocatus. Verum de mirabilis hoc Danorum vallo, confiteindicem, dictione Slesvico, tabulam.

ANGLIA SAXONIA sedes sua olim habuerunt inter Iutiam & Saxonium, qua terra inter Iutlandiam & Holstiam, Saxonum in angulo sita est, &
Saxum flumine ac oppido, ab una parte clauditur, ab altera vero finis treis aquae viba Flensburgis terminatur. Hi autem Angli, à Britannia iniunctati tribus
longis nauibus, cum copia auxiliis, quas ipsi ad auxerunt Iutia & Saxones, sunt delati. Quod illa facta facile fuit, cum hinc portus optimi in Oceano
occidentalium ex quibus in Britanniam, paucis diebus trahere potuerint. Cum autem Britannia, ab illis defensa esset, non solus Hispania, perpetuum do-
miniculum & fides in ea fixerunt. Et Britannia a nouis incolis nomen accepit, quemadmodum & lingua eius gentis, multum haberet affi-
nitatis cum Danie. Quia plura vocabula vtrique genti communia ostendunt. Hacigit occasione Britannia ab Anglo-saxonibus occupata, in duo reg-
na A glorum, & Scotorum est diuisa, ut Beda, Crantius, & Cimbriorum annales tellantur. Errant igitur ceteri, qui Anglos ab Engera in V. Velphalia, aut
ab oppido, Ancklen Pomerania, ortum habuisse scribunt. Constat enim ex Prolematu, & Cornilio Tacito, Anglos antiquissimos esse terrarum Septentrio-
nis. Quo sive vicine insule subiecta Regi Danie, & Ducatus Slesvicensibus. Beda etiam recente divisionem Britanniam inter Saxones, Anglos, & Iucas.
Hec illistris & Nobilis vir. D. Henricus Ranzowius, tractatu de periodis imperiorum, accuratè obseruavit.

Iutia postea ab isthmo ad Danicum opus paulatim fit latior, ut ferre manus si à brachio inciperet, formam representare videatur. Est tritice, diligina, hor-
dei, & panici feras, præfertum quo ad ortum vergit. Nam occidua pars aquilonis proprii, frumento minus fertili est, sed pacis vbiique abundat pinguisibus.
Hinc aliquot boni & equorum milia, quotannis in Germaniam emituntur. Vibes habet xxvij. Episcopatus quartuor: Ripensem, Arhusensem, Alburgensem, vibes sunt celebres maritimæ, & Viburgensem, vibes mediterraneæ, ob comita regia maxime celebres. Habet & Iutia Arces Regis xx. Monasteria xiiiij.
Præter ea que passim in ciuitatibus existunt, A. R. H. V. S. A. empiorum est celebres, ob portum, quem ingens illud promontorium Hellenis efficit, quod ab
accensi Kalloe, per ditionem Mols, vique ad altissimum montem Ellemanberch, ad due miliaria se extendet, & tam suo, quam infulatum aliquot obie-
ctu, placidum naustus auctor efficit. Ab Arhusia aquilonem versus, quinque miliaribus ingens finis ad oppidum Hobro, Iutiam ingreditur. Ab hoc finu,
quinkue sunt militaria ad A. L. B. R. G. V. M. empiorum ipsa loca, & frequens, & celebres. Nam Lunfusit, maxime profunditas finis, grandiores etiam nauis,
ad ipsos A. Bourgi mures deducit. Et terram V. Veniam à reliqua Iutia, præter exiguum continentis portionem diuelliit, & paulatim ab Alburgu ad occasum
vergens, adeo dilatata, ut aliquae ingens insulas continat. Sunt & aliquot oppida, vt Lemwick, Tisted, Nicopie, præterea, aliquot insignia monasteria,
ad ubi summis, condita. Hinc non multum distat, anguli illud spaciun, quod ei inter Oceanum & finem Lunford. Harboer vocant, adeo ex-
iguum & humile, ut spirante vehelementis Circio, iustum in centrum Oceano, fluctus exstuant, te in finem aliquando effundent, & pices ex salagine a-
equorum, sive mortui. Ab hoc illumo duobus miliaribus ad ortum, extenuata, olim Ortonia, nunc vero Thirholm, à Regina Thira nuncupata. Sinus quo in
insulam hanc aditus patet Ottosium, vulgo dicuntur, eunus in sua Dania Crantius lib. 4. cap. 19. meminit. Hinc boream versut, trajectum in Insulam Moroe
quatuor miliaria longam, inde in Prouinciam Salling à littore aquilonari, vbi in Moroe in V. Veniam trajectus est vnuis miliaris.

VENSLIA peninsula, triqueta est quasi, cuius latitudine maximum ab Alburgu in Schagen, quatuordecim est miliarium, vbi in conum desinens, pau-
latim se ad solis ortum efflectu. His est illa Iutia angulus, ob pericula, nauta adeo infamis & formidabilis. Nam ingens dorsum & Syrtis longi, si-
nus se in mare protendit, vt quod tutu, & citra periculi metum est volunt, non proprius duobus miliaribus, ad litus accedant. Tale est omne Iutia littus occi-
dentalis, vt qui in Norvegiam, vel ex Oceano in Orientem navigare intendent, longo circuitu littora eutare cogantur. Sunt tamen quatuor omnino mis-
tream hoc longissimo littore, ex quibus nauta, sive habent obseruationes, & indicia. Incolae picturam exercunt. Cùm autem portum, & fidam naubus sta-
tionem non habeant, nautas ex alto venientes, conuocatis sub fidum socijs & vicinijs, ex mari in littus pertraheunt, vique eo, quo fluctus mris trans-
cendere, casque levando tundendoque latere minime possint. In lignis domibus ex trabulis & asperibus constructis, habitant. Cùm vero seum quod inco-
lant, vndeque sit arenosum, quod ventus in quamcumque partem, cuu nivem impelleat soleat, saepe accidit, vt arena eorum domuntulas innotuat, vt manu
figurantibus, nisi per summam recta, nullus patet exitus, quare studio, si leui strudra fuit compadet, vt non magno dispendio, ab uno in alium locum trans-
ferri possint.

Hac littus regio passim compascuus, quo sit, vt singulis annis, multa pecorum milia longinquas in terras emittat. Nam constat, quod ex illa & alijs Da-
niæ prouincijs, quibusdam annis, ultra quinquaginta milia boum in Germaniam sint abacta, de quibus Gotorpiae vel Vigal est dependent.
Quod Crantius historicus ex Mela referit. Iutiam incultam frugibus esse, sit fama ista. Melegatatem respereximus, si vero, quals nunc est, affluit, val-
de exulta, & pagis, oppidis, Nobilium prædis, arcibus, monasterijs atque Ecclesijs ita exornata, vt in V. Venia ex monte prope Helsing oppidum, quadra-
ginta duæ turges Ecclesiæ conspici possint.

CORONE BVRGV M.



ELANDIA M, regiam, & præstantissimam Danie insulam, inter alia peregrinia castra & oppida, vñica pre ceteris innuicta, & planè inexpugnabilis arx decenter exomat. **C O R O N E B U R G V M** hæc dicitur, situ & mirabili opere adeo munita, vt, nisi ab his, quos vita reudeat proprie, tentari, ne dum expugnari queat. Ita, vt non immensitatem regionis vniuersitatem, arcium oppidorumq; tenacem principatum, atq; à præminentia regio sit cōdecorata cognomine Hæc, sereniss. Daniæ Rego Friderico Secundo ita ordinante, & idea vniuersa disponente, vere arce hoc loci funditus diruta, excitate est, extrema insula Zelandia oræ praefidio, ac trætus marini, quem Sunn; indigent, defensioni, maximis & innumerabilibus vndiq; conquitis faxis, interd; compacta, & fistulata ingenium arborum robora, compactis atque conclusis, ac loco fundamenti demersis, tam valida est ex ipso mari fundo educta, vt immanes pelagi fluctus, magno proculis processus, atq; ad vallum murosq; horrissono boato ac fremitu illis, circa vilius perculi metum, sustinere, queat. Mirant, exteri symmetriam & harmoniam structuræ Italicanam, mirant ut quotquot hoc castrum intruerunt, qui Danica rura vel maria luitat. Nam fœnus vallis, propugnaculis, machinisq; gaudiis, colubris, serpentariis, pluteis, mortarijs muralibus, varijs & admirandi genera munitionibus, fulphure nitrotoq; puluore, & omnis generis coateau vñq; adeo intracta, vt vix alia, quod confantes dixerit, torius Europæ, huic arti comparari debeat. Hoc fatentur ingenium, quotquot in remotissimis orbis regionibus, reru visu dignarū curiosi obseruatoru fuere, rā exteri, quā Regis Maiestatis subdit. Quales inter primos Henricus Ramel, Gerardus Ranzouius, Benedictus & Nicolaus Alefeldij, omnes remotissimis peregrinationibus culti.

IN T Y S, magnificis ac planè regis, cōclauibus, cubiculis, porticibus, menianis, ad stuporem, magnifice exornata, qua picturis tapestisq; vellita, in quibus omnes Daniæ Reges acu venustè depicti videntur, superne sculpturis polita & auro obducta resplendent. Tecta cupreis obducta laminis, pavimenta diversi generis coloribus variata nitent. Muri casis ad normam lapidibus constant, foveæ & quis intracte, eodem lapidum genere, à fondo ad summum vñq; vtrinq; munite. Regia in hac Arce culina, prout etiam balnearium hypocaustum, in quo venufia omnia, diueq; supplex tota argentea. Media Arce, area est ampla, & vñs inundissima. Nam quoq; verum oculorum aciem pandens, vel turres præcessas, vel rectum, sole splendente ad inflar aur i nitem, vel muros, magno ingenio eleganti, structuræ artificio, & fenebris conspicuis ornatos, porticus & regiam familiam, delectantq; nobilitatem passim inambulantem, & aream tam spaciosem ac latam occupantem videbis. In qua, inlustris theatris & schenis, come ðexhiberi, ignes volatiles proici, spectacula, ludi, triumphi, decuriones equitum, solemnia hastarum lu dicra insitui possunt. Torneumata vocant, in quibus cataphracti, hastas vibrare, simulato & ludicrio conficiunt, ad exercitia equestria informari solent. Quin & fons largus ex cupro conflatu nitentibus aquis abundans, areæ medium occupat, tantis ornamentis illustris, plane vt inuentibus sit admirationi, cuius structura, incredibili sumptu facta. Videntur illic statuæ ætæ, fusilli opere, iusta hominis magnitudine, rato ac nobili artificio factæ, varia orbis nationes accuratè representantes, que bombardas, clypeos, arcus, gladios, & diuersorum generum arma, pro nationum diuersitate gestant, ex quibus dulcem Arcis necessitatibus aquam, copiola vberante emittunt. Ad Arcis moenia, qua mare & Hueman insulare recipiunt, videtur est admiranda molis, & profusa fluente magnitudinis faxum, quod planè nullis viribus humanis loco moueri posse videbatur, buc iussum Regis prætractum, cum hac inscriptione.

ANNO M. D. LXXX. FRIDERICVS II. DANIAE REX, CVRavit HOC SAXVM A PRIMO SYO LOCO VBI VICISSIM ALIVS SVBROGATVS EST LAPIS, AD HVNC DEVOLVI LOCVM.

HIC Zelandia & Schania prominenter vñq; promontorij, ita propè coéunt, vt vix parui milliaris inter se relinquant maris spaciun, quod vocatur, Òr Ørfuni. Per hanc anguitias tortuosa Germania, Liuvonia, Suetia & Russia flumina, in Orientale mari se exonerantia, ceu per cataraftas, precipiti curu, in latum illud inter Iutiam, Daniam & Noruegiam pelagus exēunt. Ad hunc locum omnes naues orientem versus, & vice versa, in Oceanum occidentalem cursum instituente, veluti ad centrum coire, arcemq; ipsam, vñ sedem & residiem Regiam, vel cum depositione decenter cohonstellare, & vestigial Regio collectori pendere necesse est. Et cum in vitroque littore arx polita sit, hic quidem Coroneburgum, illuc Helsiburgum. Rex, si quando id ita necessitas postulat, suis in medio colloccati naubus, ita haec fauces occupare & obcludere potest, vt, qualemcumque etiam numerosissimam classem, ab ingressu vel egressu coliberi possit. In hunc locu sapissima vno die ducentas, saepe etiam quadringentas, interdum etiam sexcentas, atq; adeo plures & onerarias noues, ex diuersis Europæ partibus conuenire contingit. Rex in hac Arce gubernatorem habet, Gerardum Ranzouium, Henrici Ranzouij in Ducatus Sclefvici, Hollsatia & Thiermarcie vicarij, filium, magnis peregrinationibus cultum, qui Germaniam, Græciam, Pontumque Exuxinum peragrat, & ex Confiantinopolitana vrbe Hierosolymam se consultit, tum per Italianam & Galliam in Hispaniam Madritum, & in Lusitaniam Olisiponam profectus, iter suum Lutetiam Parisorum, & in Angliam conuenit. Inde rufus in patriam solum Hollsatiam, ac tum in Daniam se recepit. Helsingora oppidum arci Coroneburgice subiaceat, mariam propinquia vicinitate iunctum, vt eius procellos fluctus imperu suo ciuium hortos fistulatum exedant atque elidant. Nunquam frequentissimis, & peregrinarum mercium advectione clarum, in quo multi conuenient & magnanii, diuersis ex locis confluunt. Quo etiam, conquistissime quæq; res, incolatum vñsi infestuentes, appontantur.

INCISIVM FRONTISPICIO ARCI CORONEBURGENSIS CARMEN

Incolitus hanc celsum Fridericus condidit arcem,
Nominis qui simul & sorte secundus erat.
Res pim & iñfim. miti, robusti in armis,
Qui tam in initio precepsit armata erga.
Cui Regna thoro rixit facias a ingala,
Mechelwirzaca nata Sophia domo.
Quæ pariter virtutis amans studio maritis,
Pignora caningij plena decore dedit.

Ergo ubi pacatos ager Rex impiger annos,
Stridulae tamen mole peregit opa.
Manusq; arcem, relata officia, hand quod in ista.
Spem hibi insula prefigit locet.
Nec velut antiqua præclus Babylon, ouando,
Tatet ut humanae corpora fallit manus,
Iffluit penas fatus, dum septuim annos,
Cererem amorem perfidemque ferit.

SIC DE EADEM HAC ARCE RANZOVIANAE

MVSÆ.
Nominaq; queri, ut hac Helle, illa Corona,
Nomen aberit domino eis veraque fida suo.
Nam enim non vñ mari se credit loq;.
Hac penetranti, que non ponere relata.
Omibus hic opus eis mercede vi fateasur, & illas
Subducat redimant pro ratione fibi.


Fama eis Iustitium straxisse in regnibus Arctem,
Curæ qui fuerat Cesar virtute secundus:
Ex hac Europam atque Asiam celum & a quæ
Ræc' sonum medio spælatabit innunc Cesar
Inuenit in pelago proper, et terraque repositus

Respubil offensas Damæ se credi: & optat
Pro fidis tuim felis effe Dei.
Sic bene, si faciat Numen, quod robora nulla
Vel chalybe, aut duro felia Adamant, invenit.
Ergo dei aëtrorum terraque marisque crevatur,
In quo pene sola Rex Fridericus habet.
Prospexit ille diu, & suboles serigne N sparet,
Habebit enim, si ma pace vigente, domus.

ALIUD.

Depositus hac relata, ex specula Rex alius utrumque,
Arctum, acciduumq; fretum, hic & Scania longe
Ne eum fertur, Zelandia certe nimirum arca,
Ius Regi cogit populus vbi fistere cursum,
Et radare, inderi scilicet inangustas auras.





TOPOGRAPHIA

INSVLÆ HVÆNAE IN CELEBRI PORTHMO REGNI
DANIAE, QVEM VVLGO OERSVNDT VOCANT, SITAE, IN QVA ARX
VRANIVRGVM DICTA, QYAMPLVRIMIS, VARIA EXACTAQVE RATIONE, ELABORATIS MACHINIS
Astronomicis referta, in summa illius scientia honorem & instaurationem à TYCHONE
BRAHE nobili Dano, Domino de Knudsdrup, circa annum M. D.

LXXX. exædificata est.

HVIVS insulae medium vbi Arx ipsa consistit, elevationem Poli quinquaginta quinque, quinquaginta quatuor cum midio graduum obtinet, & ab occasu remouetur partibus 37. ferè. Habet autem in circuitu 816o pedum maiores, quorum quilibet 5. pedum assumptum, unde duo quasi miliaria germanica mediocria in ambitu adæquat. Quæ, cum in celeberrimo totius Regni fratre, per quod quam plurima naues ab Orientali in Occidentale mare, & vice versa iucundo prospectu transirent, constitutur, quedam etiam præcipua huius Regni oppida in propinquuo circuitu conficit: In Selandia, Hafnia Regni Metropolitana Academia Regia mercaturaque celebrem, versus Libanotum distantem tribus miliaribus, Helsingora, vbi naues præterentes solunt veçigala, & Arx Cronenburga dicta, magisfæcæ Rege Friderico Secundo nouiter extracta est, versus circium duobus miliaribus remouetur. Totidem etiam Helsingburgam in ipsam septentrionem, idque in Scania littore distat, in quo etiam Landskrona, vno saltu miliaris distata versus Eurum pater. Lunda, quæ licet maritima non sit, tamen huic spectat verlus Mæffeurum in distanta 4. miliarium. Malmogia vero Vpophanicem respicit, remota miliaribus quinis. His ciuitates insula in circuitu vider, & vicissim ab his, cum sit admodum alta, prospicitur. Licet vero non admodum magna sit, nulla tamen eius pars ociosa & steriles existit, et quæ ferax frugum, & iumentis abundat, alit damas, leporis, cuniculos & perdices in magna copia, & pisticaria circum mundique apprime opportuna est. Sylvas iam habet ex corylia, vbi nulla nucum vermiculus vñquam infecta vifa est, vt neque glires haec terra patitur. Olim quatuor Arcibus insignis erat, cum Huenella gigantissima (ex qua haec Insula nomen accepit creditur) posteri, inter quos Hugo & Grunhilda apud Germanos in Athlebarum historia celebres, memorantur, illam inhabitarent, Nomina Arcium adhuc recentur: Synderburga, quæ versus meridionale litus sita erat, quemadmodum Nordburga oppositæ partes, circa Boream obtinebat. Karhedinia vero ortum hyemalem, veluti Hamera astivum respiciebat. Harum quatuor Arcium fundamenta adhuc consipicuntur, fed ruderata nulla sunt residua. Licet vero Insula hac admodum alit inter marinam faldinem exurgat, tamen riuios & fontes aquæ dulcis, non paucos habet. Estque inter alios fons, qui nulla vñquam hyberni frigoris vchementia congelatur, quod alias in his Regionibus est clarissimum.

ORTHOGRAPHIA

ARCIS VRANIENBVRG IN INSULA PORTHMIDANI
CI HVAENA, OPT. ET POTENTISS. REGIS FRIDERICI SECUNDI
DECRETO, ASTRONOMIAE INSTAVRANDAE GRATIA A TYCHONE BRAHE

D. DE KVNDSTRVP EXAEDIFICATAE.

Explicatio partium exteriorum principia demus.


A. Ianua Orientalis ex Itonico & Dorico opere compoita. B. Cenaculum hibernum. F. Lapis fundamentalis quem posuit Magnificus Dn. Carolus Danzæ Legatus Gallicus G. & H. Fenestræ cellæ subterraneæ. C. Camera pro hospitibus. Suntque versus occasum duæ similes. M. Mufatum rotundum cum Bibliotheca & globo magni aurichalcico, cuius diameter 6. pedum est. K. Cœna auaria cui similes respondet versus occasum. L. Laboratorium chymicum subterraneum & rotundum continens 16. varias fornaces arti Spagyricæ desinatas. I. Foramen per quod dimittuntur carbones pro laboribus Pyrometricis. Z. Cella subterranea pro reponendis lignis ad comburendum hyberni tempore. X. Coquina. D. Camera Regis rubra. E. Camera Regis carœla. His tribus responderet versus occasum Cenaculum aërium viridi colore exornatum, vnde naues omnes ex virtute mari occidentali & orientali per fretum illud ultra circuoj sequentes illi comeantur iucundo prospicio videti possunt. X. Fenestra superioris contiguatione. O. Observatorium maius meridionale sex insignes & maiores machinas Astronomicas continent. P. Globus volubilis cui imponens instrumentum inter obseruandum diffiantis stellarum, cui similes versus occasum responderet. Q. Ambitus octogonalis in quo sicut est globus prædictus. N. Observatorium minus meridionale Armillas Aquatorias magnas continens. VV. Defensas in Laboratorium & Ascensu in Observatorium. R. Observatorium minus Septentrionale quatuor magnis instrumentis Astronomicis referunt. S. Observatorium minus Septentrionale alias Armillas Aquatorias magnas capient. T. Alius globus versatilis imponendis instrumentis inferiorem, cui etiam versus Occasum similes responderet. V. Locus in quo situs est globus illius magnus. I. Suprema Camera octogonalis proximè infra eisdem domus, ex qua vndeque poteret perspectus habent in circuitu ambitum quem Galerias vocant supra rectam. yy. Structurae octogonales in quibus imaginæ excise 4. Annæ partes referentes se spicuntur, & per artificium Hydaticum, quando liber, gyratione, aquæsq; singulis ternas fuisse atollunt. GG. Sex camini in vnam definitas vetus. Aultrum & alijs sex veteri Boream, in quibus omnes camini totius domus diffinentur concurredit. N. Locus pro Horologio sonante horas per campanam que superius pendit in v. A. Pegasus ostendens vnde spirant venti, qui dum circumvoluerit infra tabularium superius Octogonum camerae per indicem volubilem, omnes ventos, prout queridic flant, indicat. V. Naque horæ sub eodem tabulato patent per alium indicem ex eodem centro seculorum. Atq; haec est exterior domus delimitata qualis paret ab Oriente spiculentibus, quibus omnia eodem modo responderet ab Occidentali parte, quemadmodum Meridionalis & Septentrionalis facies quam sibi ipsi in omnibus affimilantur.

Ichnographia explicatio.

A. Ianua Orientalis. C. Occidentalis ianua. B. Transitus quartus ad angulum cellus concurrente. B. Fons aquarium volubilem rotans qui aquas hinc inde eiæculatur. D. Cenaculum hybernum. E. F. G. camere pro hospitibus. L. Gradus maiores per quos ascendunt in superiore contiguationem H. Coquina I. Fenestra K. Puteus profundus 40. vlnacum artificio Hydatico levigata, & aquas per Syphonites in omnes Cameras totius donus distribuens. M. Ambitus pro lignis reponendis. O. Gradus in pœna subterraneum ducentes. S. Circuus supra Laboratorium, vbi in quadam fornace carbones decipiuntur. P. Gradus minoris ducentes a Laboratorio in Observatorium. R. Cœna auaria versus occidentem. Q. Altera cœna auaria versus ortum, in quibus aës liberè in parvis arteriis hinc inde volantes cantitare. Biblioteca VV. Globus ille magnus aurichalcicus. Camini. V. Menſe. Y. lecti. N. loci secerit. Sunt autem omnia in hac tota distributione, se inuicem respicunt & sequuntur, ita ut quatuor Cameriæ, eisdem sint magnitudinis, itidem & turre virgine adhuciente cum suis ambitibus, Porticus etiam & atria decollatae conculia aquaribiles, tandem inuicem magnitudinem ferunt. Omnia vero quæcum in Ichnographia, tum in Orthographia consipicuntur proportionem magnitudinis eam habent, cuius Basæ quadrata intelligitur in quolibet latere est pedum 50.

Delineationis totius capacitatæ explicatio.

A. Domus præcipua in ipso medallio totius capacitatæ extracta, & per quatuor latera æquale quadratum efficiens in 4. mundi plaga exactissime veigens, ita utdæ turricula Merid. & Septentrionem, amba vero value Ortum & Occulum exæquè respiciant. E. Porta Orientalis opere rustico & Tulcano composta. D. Porta Occidentalis eodem opere elaborata. Habet autem haec duæ portæ superius duos canes maiores Anglicos excubatores cum sua dominula, vi vndiq; aduentientes latraru indicant. B. Officium in Typographia majoris domus idem in parva forma referens. C. Domuncula pro securis, etiam maiorem domum, quod ad frontispicium representans & subterraneum habens carcet. F. Exterior valli facies. G. Interior valli forma cum sua planitate, vbi duo coniunctio spiciori possunt. N. Quatuor vie versus ambas portas & viramq; domunculae ducentes, in 4. mundi plaga adamussim excurrit. O. Quadrilaterus ianug horitorum. M. Vmbracula amoenitatis gratia in horis construta. L. Horti herbarum & florum. H. Horti arboreum variæ generis numero centrum. I. Ludus quem Pilentafel vocant. K. Ludus globorum quem Solitafel vocant. Atq; haec est totius capacitatæ generalis descripicio. Habet autem vallis ambius figuram quadratam, cuius singula latera continent pedes 300. Alterudo vero ipsum vallis ab initio fundamento est pedum 18. Crassitudo eiusdem infima est pedum 14. Supriæ vero vbi ambulatur, pedum 9. Domus ipsa in medio fita, quæ etiam exæquæ quadratæ est, habet in longulis latibus pedes 30. Alterudo muri 40. Turre vero rotundi à Merid. & Septentrione annexi habent 20. pedes in diametro, quibus ambitus exterior adhucientes addunt pedes 9. Porticus ab Oriente & Occidente interior quadrati habent 14. pedes in quolibet latere. Tota altitudo domus à terræ superficie vñque ad Pegalum supremum est pedum 70. Domus cuam sota, quaquecumque pars, hygoga habet adiuncta, quoniam profunditas est pedum duodecim, haec vero subterranea cum finit, non hic reperitur.



H A E N I A.



AENIA, Daniæ Metropolis, vrbis in Zelandia maritima, in planicie sita, ab orru brumali ad meridiem, vsque ad occasum brumalem ubique mari alluitur, adiacente ad meridiem insula, Amagger, que portum incredibili commoditate celebrem praebet. Excurrit enim ad orientem in Balticu mare ad stadia quatuor, vadosis & perpetuis arcenis i impetu maris sepe vehementissimum retundens, quo fit, ut inter dictam Insulam Amagger, & agrum Hafniensem orientalem ad quingentos passus tutu concedatur statio nauibus. Admirabilis & hic conspicitur natura prouidentia, que particulares quafdam stationes ab initio regiis nauibus, regnique custodibus fidissimas designauit ad ipsum littus, ne longius in mare excurrenti roties esset nautis. Estque spectaculum hoc planè insolens, turribus & adficiis contiguas videre naues, vastissimis molibus, maximis cum domibus decertantes. Raræ sunt tales stationes, & in omnibus torius Europæ portibus facile numerabiles. Longitudo insulae est miliarij viii, & dimidij versus meridiem, latitudi sex, interdum quatuor stadiorum. Fertilissima est, (vi omnes maris Baltici) perenne promptuarium Hafniensis datum; Ab Hollandis frequenter excolitur, quos mediocri proposita libertate, euocauit Christianus secundus: Hi strenuissime agriculturæ operam nauantes, documento fuerunt Danis, maiores vsloras ex solo ipsorum peti posse, improbus si accedat labor. Dicit, quæ proximè civitatem respicit, quadraginta quinque paibibus, Insula parvula intercedente, in qua arx planè regia, & antiqua visitur, iungiturque insula hæc ciuitati duobus pontibus ita constructis, ut nauibus ingressum egressum concedere possint. Visuntur in hac quoq; insula Armamentarium Regium, & Quæsturæ domus. Inter has insulas alterante fluxu, refluxuq; maris, quamvis incerto à tempestatibus (prefertim ab occasu brumali flantibus) excitato, custoditur portus, & expurgatur insigni naturæ artificio. A septentrione ad occasum brumalem, paludibus & stagnis vndique cingitur, præterquæ quod fossis & vallo latissimo & altissimo, etiam locus naturæ, & hominum industria vndique videatur munitissimus. Estque circuitus vrbis ab hac parte planè circularis, recta linea terminatus à mari, qui circuitus, quatuor ad summum stadiis describitur.

Huius autem vrbis tenui fuere initia, Nam Absalon Huide, Archiepiscopus Lundensis & Episcopus Roefshildensis, vir nobilitate generis, sapientia, animi magnitudine, patrie amore, atq; in rebus gerendis fecit, & successu præstans, munitionem quandam in ea insula, in qua nunc est Arx, magnis sumptibus extorta, fieri curauit, cui adpellationem de suo nomine, Axelhues, indidit, vt eo melius aduersus pyratas, locus ille defendi posset. Iusque etiam iis in locis, vbi hoc tempore splendida adficia fuit, casulas quafdam pectorum ponit. Et que locus postea Kiobmans Haffen, id est, portus Mercatorum vocatus. Quod negotiatores, cum à pyratis vngredientur, ibi receptum habent. Historia hæc accidisse peribent circa annum Christi M. C. LXV.

Priuilegia vrbis prima à Iacobo Episcopo Roefshildensi data sunt, anno C. M. CC. LIV Idib. Martij, Et postmodum ab Inguaro Episcopo confirmata, Anno M. CC LXXXII. Que aucta Regum diplomate Erici, Anno M. CCC XIX. Voldemari M. CCC XLI. Et Erici Pomerani, anno M. CCC. XXII confirmata sunt.

Ius municipale, quo pleræque Regni Danici Vrbes vntuntur, à Christophoro Bauaro, Anno Christi M. CC. XLIII obtinuit.

Atque eadem hac priuilegia, quibus alia accesserunt, diuersi deinde Reges confirmarunt. Ut Christiernus, eius nominis primus, Anno M. CCC. LV. Ioannes, Anno M. CCC. XCII. Christianus tertius, Anno M. D. XXXVI. Et Fridericus secundus, Anno salutis M. D. LIX.

Inter præcipua regni ornamenta, meritò censenda est Academia, cuius instituendæ facultatem Rex Ericus Pomeranus à Martino V. Pontifice primus impetravit. Quod cum ille ob diuina bella, quibus magno Regni incommodo, implicabantur, perficere non posset, Christiernus Oldenburghicus, qui primus in nobilissimam familiam suam, Regium axioma inuexit, tandem Anno Christi M. CCC. LXXVIII, per missu Sixti Romani Pontificis, Impetratisque ab eo Academia Bononiensis priuilegiis, ad optatum finem deduxit.

Atque hinc quidem Iacobi Middendorpii error adparer, qui secundo de Academiis Orbis Christiani libro, Hafniensem hanc Academiam, primo per Fridericum tertium Daniæ Regem, circa annum Domini M. D. XXXIX erectam, & à Christiano Rege instauratam scribit. Cum Fridericus aliquis tertius Daniæ Rex nunquam in rerum natura fuerit, & Fridericus primus ante annum Christi M. D. XXXIX in fata concecerit.

Primam autem Academiam erectionem, fundatoris filius Ioannes Rex confirmauit, & Scolam, noua foundatione stabiluit Anno M. CCC. XC VIII. Christianus verò tertius Anno M.D. XXXIX eam, Professorum & lectionum numero adauxit, additis quoque redditibus certis, quibus viginti studiosi alerentur. Tandem autem Fridericus secundus, Anno Christi M. D. LXIX. Iulij XXII, maximo tum feruente bello, cum vi. cino Succiæ Rege, & Professorum falaria munificentissime auxit, & superioribus redditibus, quibus viginti illi studiosi alii sunt, annuas obuentiones, Anno M. D. LXIX addidit, vnde octuaginta alii liberaliter sustenta- ri queant. Ita, vt centum studiosi illius Regia munificentia nunc vivant.

Primarium Vrbis templum D. Mariae sacrum est, In eo sacrantur & coronantur Daniæ Reges, Canonicorum Collegium olim sicut. Aliud est spiritus sancti, Tertium D. Nicolai mari vicinus, Quartum in Arce, Quintum, D. Petri, quod hoc anno M. D. LXXXVI magnis impensarum sumptibus à Friderico secundo restauratur, vt in eo Germanicæ nationis homines sacros conuentus haberent.

HAFNIA



HAFNIA vulgo COPENHAGEN urbs Danic primaria qua se terrarique conspicendam exhibet Anno Salutis M. D. LXXXVII.

River. Esse.



HELSINGOBVRGV



EL SINGOBVRGV M. Schanæ ciuitas est maritima, areæ editissima insignis, quam vibem Helsingorum nominat Saxo Grammaticus lib. xiiii. & Helsingum opidum. lib. xv. Sitæ est in ipsa penæ fauibus. & ad fiectum, per quod eum, quem Codanum sicut appellat Plinius, Naturalis historie lib. 4. cap. 45. illabitur Oceanus, ubi traiectus est ex Schanæ in Sialandiam Insulam brevissimum. Germani vulgo nominant, den Svante. Orientalem mari ripam tenet Helsingoburgum, quemadmodum Helsingora, vna cum Croneburgo Arce Rega, & longe magnificentissima, occiduum. A Septentrione in australium portigunt ciuitas, longior quam latior, monte nimis per quam adito, qui hunc imminet ad Orientem, obstante, quo minus in latum etiam excedi possit. In hiis medio Templum est virginis olim Deipara dedicatum, non magnificum quidem illud (ex cocto enim tantum lapide extructum, vultur) amplius tamen in primis, & excellum, cui turris diecta est aliove aliquanto, vniuersum autem adscensum eiusmodi planè, ut & gratiam quandam habeat, quod decenti similitudine commendatur, & copiosa luce in eo perfundatur omnia. Nusquam plus, quam hic antiquæ nobilitatis Danice ad parietem Templi Septentrionalis, depicta visuntur Insignia, sepultis in eodem templo, prestantibus nobilitate viris. Non procul à templo Prætorium est ad Austrum, vnaque foris, in quod merces suas quotidie ferre conuehit frequens vicinia. Præter mercatum hunc quotidiam, in quo ciuium potissimum ac vicinorum teritorum commodis, aliis duo annuerari, alter in medio quadraginta, alter sub dominica palmaris dictâ, sic celebrantur, vt non ex Dania tantum, verum etiam ex peregrinis, & procul distans regionibus huc conuenient maxima hominum multitudo, comportatis codem exortis etiam meritis, haud pauci, ut viis in villa Panagri Danie, vel hominum sit, vel mercium frequenter maior. Oppido toti, qua in longum patet. Moni imminet vrante dictum, ad orientem præciput adhuc, ac editissimus saligio, super solidissima caute, arcu imposita et longe munitionis. Hæc Helsinga (bi Sæcilia populi sunt, quorum patria Helsingia) sub ipsam olim Naris uitatem Scuatoris Chieflui carmen, Prothone ILL Danie Rege, vel circiter, extrafita memoratur, a quibus quidem Helsingis & nomen inditum sum Arci, sum ciuitatis, ad de & ei quod trans fretum est Helsingore. Id autem nomen sonat, non tam oram, sed extremitatem, quod videt alicui polit, quam aream Helsingorum. Est quidem illa extrema Sialandie versus ortum auctum, vbi Boresm pars, vbi sita Helsingora est, cum arce Croneburga. Verum vetere Danorum lingua Or, arenam vocat propriè, cuius magna est etiamnus circa Helsingorum copia, longioris tractu in mare procurrent, idque non admodum profundum, à qua verisimiliter est nomen factum & canticis & feto vicino, quod à Danis appellata dixi Ørflundt ac, quasi dicis, arena frustum vel finus. Et flexus vbi nunc arce est Croneburgum, olim dictus est Ørfrogh, quasi arena flexus, sed etiam nimis arena copia. De tempore extulit Arcis Helsingburgensis circumserunt Barbari quidam verculi duo, qui sic habent.

*Tempore Natale Christi Tertium capitulo
Helsingborg frumenti celus in scriptis reperiuit.*

Ecce sicut per ampla est, vt per se ciuitacula videri possit, in cuius incertitudine turris quadrata, & ipsa ampla ad modum, atque in primis edita, contignatione nullam interuersum, sicut usum versus (que tabulata vocantur), complurum, ad militaria aliquot, procul lese spectandam exhibet. Hanc turrim, duplex ambit murus, alter proxime cingit tandemq; autem remotor etharecm totam, vnaque adiuncta complectitur quæ plasmata, quotidiani igitur corum, qui arcem teneant, vobis accommodata. Murus exterior, qua pars plasmata respicit Orientalem & Aquilonalem, fossa cingitur sic lati profunda, quod is locus minus videatur natura inimicus, quænam tamen occidentale. Hæc arx multorum Regum olim sedes, vbi comitia quædam Regi celebabantur, vt cuncti initio gubernationis Eri VI. cui Klepping polles cognomen fuit, sub annum Domini 1260. ad diem 9. Martij mensis, & concubitus inibi habebant, maximè quando negotium erat Danis cum Sueciis vicinis, aut inter Suecos ipsos pax per Danos constituta, quod sedum est, & anno Domini 1300. quando non conuenienter circa Helsingborgum Rege Danie Eriko VII. Memned dicto, & fratre hunc Christophoro Burgeo, item Socie Rege, & huius fratribus Eriko & Valdemaro, cum Gerardo Holstano Comite, & Henrico Duce Megapolei, composta est omnis inter Burgesum & fratres euilem controvicia. Meminit hucus Ioann. Gothus historie Sueconum & Gothorum lib. 20. cap. 19.

CORONIA, vulgo Landisicroon.

Ab Helsingborgo distat Coronia, & ipsa maritima (quæ vulgo Landisoronam dicitur). Id sonat terra, seu provincie, vel regio (onis Coronam) miliari. ab Germanicis plus minus duobus, & dimidio veris adhuc. Hec ab Eriko VII. Danie Rege primum condita est, sub annum à Christo nato 1413. cùm prius ex loco pagus fuerit, Sæby fons, id est, Australis dictus, cuius adhuc appellationem platea quædam in hac regione retinet. Incolis dicta Sæby gade, id est, platea Sæby. Quam Landoram appellant Saxo lib. 14. de Eriko III. & Valdemaro I. horumq; gelis verba faciens, ea non ciuitas fuit, sed longior quidam, vt Saxon ipse loquuntur, arenæ tractus, à continentis litore in mare procurrentes. His enim penæ verbis vixit Saxon. Nec facile est dicere, sub quoniam Schanæ historie est fuit tractus, hinc, vbi Corona nunc est, an alibi. Vicinus est vbi ad orientem fluvius, dimidio tantum militari ab vrbe diffansus in Meridiem fluens, ac in mare felce exonerans, cursum nonnulli fecit ad Aquilonem, manique mixtus Coroniam præterlabitur, ac portum efficit, vallisq; flumis etiam nauium capaces, quo non est aliud per Daniam magis communis, aut opportunus, ea res occasionem præbile videtur, condendic hoc loco ciuitatis. Vallo ac fossa cingitur, Arcenque adiunctam habet, eiusa fundamenta à Chieflui III. Danie Rege iacta, primum fuit An. Domini 1413. vel circiter, paucis post annis peracta ciuidem adiunctione. Haud parvum momentum ad victoriam atritæ Chiefliano portus Coronensis, cum patre de funto de regno is dimicaret sedis ofos, & Comitem Oldenborghum. Hic enim vbe occupata, turram admodum, reliquo belli tempore, statuonem habuere huius naues. Quæ res videtur & portum & ciuitatem si Regi videt, communedasse, vt postea accens quoque hoc locandum duxerit. Quo loco o nunc ait sita est, olim cesubus erat Carmelitarum, quibus sub ipsa huius ciuitatis quæccepunda. In Daniam introducta, domicilium hic primum flavit Eriko VIII. vbi conditor. Postea ciuitatis versus Meridiem & Mare tres sunt Totidem etiam, qua vbi continentur speciat. Orientalis una, altera Septentrionalis, tercia occasum affluit reficit, & Corum seu Angeli, quæ à vicina platea Sæby nomen obtinet. Per has multitudinē rerum venalium inveniuntur, earum potissimum quæ regio, seu provincia vicina producit, quæam admodum per portas marinimas, quæ nauigis in portum appetantur, ex variis Europe regionibus, Lüonia, Russia, Pomerania, & Ciuitatibus Germanie maritimis, Hollandia item & Anglia ac Scotia, tandemque ab extrema Norvegia, & alios locis infinitis. Nunquam autem vel interius, vel hominum in hac ciuitate frequenter maior, quæ in circa Solitum est, quando mercatus in ea exercitus longe maximum.

Non procul à porta maritima orientalior, forum est per amplum, intraque prætoriorum magnifice extussum. Et circa forum quemadmodum passim in vbe tota, maxime versus portas, Septentrionalem & orientalem, praurorum, ciuitatum, & portarum, scilicet portarum, non longo spatio tempus est valit magnitudinis, & Templo iuncta turris recta, ex lapide cocho confituta. Neq; nonnulli aliis in hac vbe factorum locis, ppter Novocomium, in ea platea que ad portam ducit orientalem. In hoc Novocomio permulti alii auctor agros, ac pauperes, ciuitatum potissimum liberalitate & beneficentia. Neque enim certos annos prouentus hi habent, qualibus gaudent alia quæcumque passim per Daniam Novocomia, & Prochodochia, majori liberalitate donata.

LUNDIA.

Hec à Coronia versus ortum, sive sub solanum tribus distat miliarius germanicus, et quæ mediterranea, que vbi mari proxima est, miliari tantum vni. Cœlo ab eo distat. Sedes hac olim erat Archiepiscopalis, inde vixque ab anno Domini 1104. & temporibus Aceri L. Archiepiscopi ad tempora Chiefliani III. Quando fuerit, & a quo vel à quibus condita, nosquam in historiis legitur. Nam qui Anglos Condotores agnoscunt, appellatione sola motu videntur, quæ communis est huic cum Anglia Metropoli Germani enim virante curante Lundi nominant. Dani hanc suam sua lingua Lundi quod nomen saltum Danicæ significat, vel sylva. Qui latine volunt id quicquid est appellationis exprimere, nunc Lundum reddunt, nunc Lundiam. nonnulli etiam Lundas numero multitudinibus, vt Athessa, Londinium, vel Londum pro Lundia, nonne sunt appellations, & Danis inveniuntur. Fama quidem est Anglos olim in hanc Oram Schanæ, & quidem Lundiam, mercimoniorum causa, confluisse frequentes, vbi emporium tum fusile dicitur longe celeberrimum, multo ante conditas Malmö am. & Hafniam, verum id ex ea potissimum tempora referendum confeo, quibus Angli etiam imperaverunt Danie Reges. Ita quæ commercia quidem cum Danis habuisse Anglos certum est, verum ex eo non sequitur, ab his Lundiam conditam, vel ab Anglia Metropoli denominatam, vt vt posset est Lundium Anglia, tunis etiam in Phronese t-qui non nisi era. Dñorum Rex apud Saxonem fit mentio illud extra controuer- siam est inter veterissimas Danie ciuitates cœlesti Lundiam. Ac secundum, circumferenti inter Danos de Lundis antiquitate rithmos quoddam percutitos in hunc modum.

Denn thid Christi lob si godes.

Quorum verborum sententia est: Christo nascente floruisse Lundiam & hanoram. Est autem Schanæ Schanæ ciuitas vetustissima, nunc pendicibus, tribus tantum à Malmöga miliibus distans, versus ortum Etrumalem. Vallo ac fossa olim cingebatur Lundia, cuius erant trecentum portæ, Septentrionalis quæ hodie appellatur porta S. Olai, propter templum D. Olai, quod olim ad hanc portam erant: & late platea porta a platea, quæ ad hanc recta dicitur. Altera Orientalis, porta S. Martini dicta, ab ea, quod in vicina illa erat templum à quo platea quoque nomen inditum. Tertia Meridionalis, quæ rubra dicta est.



citur. & Malmogiam dicit. Harum portarum etiamnum extant vestigia, ijs enim adhuc locis ruderia reliqua sunt. Vallo autem diruto (quod quando... vel ex tua occasione hoc factum, haud facile est dicere) non per tria tantummodo, sed per plures etiam, puta sex vel septem nunc vias cuius pater in vobis introi-
tua. Plurima olim erant in hac viba templo, & quidem parochialia non pauciora virginis duabus, inter quae primas semper tenuit ades Laurentiana Cath-
edralis in mediterraneo sermè ciuitatis sita, vallis & imprimis magnifica. Effecto enim lapide constituta est, & plumbeis laminis tecta rotâ, cuius gloriatio Sue-
none I. Rege (qui sub annis Domini 1017. mortuus putatur) copta, ab Egino tandem huius loci primo omnium Episcopo, & proximo huius successore
Richuado, accidente opera & studio S. Canuti Regis perficiut, dedicatione prædicta. Anno Domini 1087. XI. Kalend Januaria, hoc est ante Canuti Regis æ-
dem, anno proximo. Quo tempore collegium etiam Canonorum primum institutum est. Ecclesia & Ecclesiasticis ab Rege Canuto donata et quia liber-
alissimè. De qua re Saxo lib. XI. Initio Canonici non ultra novem fure, quibus Præpostus erat additus, reliquorum velar Ante signavimus sequentibus annis
temporibus hic numerus sic andus est, & credidus etiam per maiorum liberalitatem, redditibus annuis ut praecet l'ralatos quatuor, Prepositum, Decanum,
Archidiacolum & Cantorem. Canonici extiterunt numero 24. Viscari longe plures.

Sed de reliquo adas Laurentianae de Horologio, de Hypogeo sive Cypri, de Altarum magnificencia plura vide in Indice.

Ecclesia sedis ad occidentem Schola Trivialis illa quidem, verum celebrans multo, quam in aliis Scholis ciuitatis. In hac Schola etiam semper esse
conducunt Magister Artium promotus, cui sanguinarii quatuor, ex quibus qui supremus est, Capituli Lundenses constitutione, Artium Bac-
calauriorum esse tenetur.

Vetus meridius ab altera templi Laurentiani parte forum est, & id per amplius vna cum praetorio. Frequens hoc confluere, quotidie ferè, vendentium
ac ementium tuba, præterquam, quod bis annis singulis, tota penè viba Mercatus celebratur longè frequentissimus, idqu. sub Ascensionem dominicam,
& circa festum Laurentij plura de illius viba ludorum sedulus ictor in operis Indice inueniet.

M A L M O G I A. Germanis

E L B O S G E N.

Malmogia, inter recentiores est Schania Ciuitates, vtpote, anno primum à nato in carnem Seruatorum 1120. vel circiter, condita sub ipsa initia gubernia.
Nonn Christophori II. Danie Regis. Eadem tamen nonne penè Metropolis est Schania, idque per mercimonia, quibus inclaruit, ex quo piscato circa
hanc vibem copiæ esse frequens, Lundia nonnulli remittente de prolixa celebrante, & claritudine. Maxima haec est, à Lundia vix cluobus dilatis milia-
ribus Germanicus, versus Meridiem à Coronica quartu' rotis. Incole hanc nonnunquam Malmo, quondam latine redditur Malmogia, vel secundum quoddam
Malmogium Olim inferiorem Malmogiam hanc dictam legimus ad differentiam foris pagi cuiusdam vicini, qui à mare temponis & loco aliquantum edi-
tore situs eandem obtinet appellationem, ita tamen vt superior dicitur Malmogia, quemadmodum haec inferior. Danie Offre Malmoe / ou Mædres
Malmoe. Sublata pago cognomine, cuius nunc extant vestigia, haec sine additione nominatur Malmogia, quam Germani sua lingua consisterent appellat. Ebogen, quod cubiti formam referat, Acoram posses dicer. Et enim ad hanc ciuitatem maris flexus quidam quem frequentantem Germanos est veri
fimile, pilatione olim causa in Schaniam prefecit, etiam ante Malmogium condidit. Multis olim immunitatibus donata fuit haec viba, quibus etiam
gaudent. Illud autem ppter ester peculiariter hanc concepit V. Valdemarus Margaretha pater. Danie Rex, quo tempore Schania primum tota potius est,
sub annis Domini 1160. vel circiter, vt telonis quod vocant, solituus immunes essent Malmogenses omnes, in quamecumque Daniæ oram cum mercibus
vniuersitate contingere. Id privilegium renouavit, & confirmavit Ericus VIII. recentioribus illis Schaniæ ciuitatis Malmogia, atque Coronice, quam po-
steriori in ipse condidit. Ace munitionis insignis est Schania, & adfiscorum magnificencia, que nusquam fuit per Schaniam, quā in hac viba magis
splendida. Quo loco nunc arx est ad occidentem nimirum ciuitati olim adiuncta quædam erat paulo quæ, in reliqua viba magnificenter, curiam dñe.
et seu habitationem monasteri, Danie Nympbergardem. Hoc ab Erico VIII. Danie Regis primum extitit. Anno Domini 1414. adiecius ei bonis quibusdam
ruralibus, cum in bello Comitiano eam diripiisse cœs seditionis, iterum à Clarifano tertio restaurata est, & ad eam, qua nunc spectatur, magis fiscen-
tiæ perduta. Hæc restauratio inchoata est anno Domini 1571. Quæ parte mare & circum respicit Malmogia, muro tota cingitur, portis etiam quibusdam
per uno, ex quibus due sunt celebratissima. Altera quæ in arcem ruralitera, quæ ad pontem, quo mare infernitur, ad quem appellant minor a tantum nau-
gia, & si quæ Cimbri aut naues aduanæ, cum hominibus, vel mercibus seu Hafnia aduentum, seu Hafnia solitum Hafnia navigatoria, vt est loco ex Scha-
nia in Salandiam traedens frequens miliarium circiter quatuor. Naues autem maiores, seu oneraria, Holædes dicit, tum Graciam Germanas, procul
à ponte, vel ciuitate confidunt, ut tollerent quidem illo, verum non admodum tuto præstent flante circio. Reliqua viba pars, post Continen-
talem, & Austrum, yallo ac fossis probe munira est, paludibus etiam quibusdam, utam eam præstantibus nisi vbi & horis sunt (sunt autem circa hanc v-
bem frequentes) vel vinaria, sive polycina. Porta hic sunt præcipuæ: Orientalis vna: Altera Meridionalis, quibus & turres impositæ vñfuntur, cum tomentis
majoribus haud paucis, que ex turribus prominent. Tertia porta Occidentalis non aquæ frequentatur, vt superiores due, nisi cum sub littus Schanie exer-
cerat Halecum piscator, quod fit quotidianus fest, inde vñq. à fello Bartholomei, ad Dyonisi, per septimanias circiter sex continuas. Est enim hec porta ma-
ri vicinior, coque per eam, sicut & per manitas illas, magna passim importatur per id tempus halecum seu harangarum copia: celeberrimus etiam tunc, &
quotidianus est viba tota mercatus, exoticis etiam mercibus quam plurimis in vibem importantes nautigorum beneficio, per portas maritimas. Quin &
per Orientalem portam, ac Meridionalem, non hoc tantum tempore, sed per totum aliqui annum plurimum inuehit frumenti, & aliarum rerum venia-
bium, vt boum, agnorum, equorum, & si quid d' generis ciuidem, sennum, queque & ligna, atque carbones, quamvis ligna supeditant & nauigia. A fabebus
etiam seu fylis aliquanto remotior est haec ciuitas. Media penè viba forum est tracitum admodum, & in eo versus ortum domus ciuica, sive pectorium,
ampium imprimis, atque magnificum sub annum à nato Christo 1546, impensis ciuitatis haud mediocribus extrahendum, diruto prius quod in eis vicinia est,
Nonnullæ Franciscorum. Est in medio sunc foro cisterna longe capacissima, que per canales & cuniculos quodam subterraneos, ex quodam extra
vibem suolu deducta, ad vias quotidianas, & accellarios omnibus in vicinia habitantibus, aquam fundit copiosissimam. Non procul à foro, Orientem ver-
sus, templum est D. Petri A poftolo olim dicatum, spatiuum id imprimis & magnificum latericum tamē, fundamento excepto, cui ad occidentem adhe-
ret turreis, imposta ei pyramidæ per quam edita, laminis partim cupreis, partim plumbeis tecta tota. Quin & supra chorum eminet pyramis, verum priore &
angustior multo & humilior. Hoc templum parochiale est toti ciuitati, quamvis frequentissimum Templo ad Orientem iunctum est Sacellum, non magnum
quidem illud, celebre tamen, in quo sacra olim fiebant, nunc pro Bibliotheca usurpanatur. Templo adiacet yclus oritur brumalem Schola, caue per celo-
bus, in qua Rector sive Scholarcha ynas est, Hypodidaculæ autem quatuor.

FLENSBURGV M.



CHLESVVICENSIS Ducatus, olim Saxoniz Marchionatus, vnum ex tribus Iutia epi scopatis continet, Cimbrica Chersonesi pars, post præcipuā Schlesvicensem urbem, FLENSBURGV M oppidum, ad maris orientem respicientis littus, cum portu multarum nauium capace, ostentat. Originem, nomenque à Flenone, Viro nobili, fortique milite habere, annales perhibent, qui prope littus maris Baltici habitans, eo ipso in loco, ubi nunc situm est Flensburgum, casas quasdam pescatorias, sibi tributarias habuit. Ad has postea tam vicini, quam exteri, loci commoditate adducti, non solum confluxerunt, ibi que suam sedem collocarunt, verum etiam ex pescationis questu, & paulo post, nauigationis commodis, aduenarum congregatu & frequentia adiuncti, formam & titulum opidi, acquisuerunt, ut sic Flensburgum, quasi, Flenonis burgum, nomen obtinuerit, circa annum Christi 1200. Paulo post huic nouo oppido, VVAldemarus Dux Iutia, ius municipale cum quibusdam priuilegiis concessit, & singulari diplomate confirmauit, post natalem Domini 1284. Quod ius, & qua priuilegia, progressu temporis partim à Dania, partim à Iutia & Holsatia ducibus adiuncta, & confirmata sunt. Oppidum hoc inter montes excelsos, littori maris orientalis adiacet, in quod eius portus se extendit, tanta commoditate, profunditate, & securitate, ut singuli ferè ciues ex dominis suis naues meribus implere, & easdem rursus exonerare possint, ut non immerito Crantzius, id oppidum terra marique rebus gerendis opportunum scribat. Amoenissimo, & saluberrimo in loco edificatum est, nec non purissimi scatet fontibus, abundantiaque omnium rerum affluit, quae ad omnes necessitates pertinent. Aedes habet magnificas, & splendidè extructas. Ad hæc Parochias aliquot magnificè adificatas, quarum omnium D. Ioannis parochia est vetustissima, et quæ longitudine eius passuum 234. sita sub elevacione polari 55. grad. 30. min. Arcem habet satis pulchram in monte collocatam, eiusdem nominis, ubi imminentem, & omnium oculis expositam. Versus meridiem habet Gymnasium, à Ludolpho Naaman Minorita, fundatum. Sepulta est in hoc oppido VVAldemari II. Regis Danie filia, cuius sepulchrali lapidi hæc erat hodie inscripta leguntur, Sophia Marchionissa de Brandenburgh, filia quondam Regis VVAldemari II. hic sepulta est cum prole sua. Variam hæc ciuitas experta est fortunam in bellis, quæ gesta sunt inter Reges Danie & comites Holsatiae, propter Ducatum Slesvicensem, aliquoties tam à Regibus Danie, quam comitibus Holsatiae obfella, nonnunquam expugnata & spoliata est. Scribit in Saxonia Crantzus lib. 10. cap. 25. Ericus Rex Danie Flensburg oppidum ab Henrico Holsatiae Comite, ob damna illata Danie, pignoris loco accepit, donec certa pecunaria summa persolveretur. Rex accepto oppido, iussit profundissimo cingi fossato, quod hodie quoque certatur, murum sustollit, & vicinum montem fossatis ambiti, ut facile appareret, quid in animo gessaret. Comes dictam pecuniarum summam circa finem anni depromere paratus, restitutionem oppidi poposcere; sed Rex auctoritas nullas aures prabuit, semper causas texens ex causis, cur non oportet. Facile enim tergiueratur, qui potentia antecellit.

Idem lib. 10. cap. 30. Adolphus, comes de Schouwenburgh Henrico Holsatiae mortuo, cum in praesidium imuberum ducum cum aliis strenuis viris vocaretur ex Ducatu Lunenburgensi, è Diocesi Bremensi, ex VWestphalia, octingentis collectis militibus, aperto Marte fusi, fugatisque Danis, noctu Flensborgh oppidum à mari ingressus, peruenit in conuentum fratum, & inde reliquum oppidum facile sui iuris effecit, & tum in Holsatiae minorum Ducum potestate rediit. Deinde in obsidione quadam ut Crantzus lib. 10. cap. 40. refert, Henricus Dux Slesvicensis, & comes Holsatiae, lancea cuiusdam interemptus est, post cuius mortem, ab Adolpho fratre Henrici, una cum arce deinceps superata est. Et hoc modo cum postea Adolphus bello inter Regem Danie, ac proceros regni & ipsum composito, Ducatum Slesvicensem ritu solenni in feudum accepisset, verus Dominus Ciuitatis ac Arcis factus, quo sine herede mortuo, ad Christianum I. Oldenburgensem Regem Danie deuolutus est, qui erat natus ex foro Adolphi. Etiam anno Christi 1584. oppidum, vna cum arce, sub Dominio Serenissimi Regis Danie Friderici II. Christiani ab nepotis floret. Sed ortu nobilitatius Flensburgum, præstantissimi nominis calator, sculptor, & pictor, Melchior Lorichius, qui magnis, remotissimorum nationum peregrinationibus cultus, Græciam, Italiam, Galliam, Belgium peragravit, ut eius artis peritos excellentesque imitaretur, & videret artifices, ad quorum imitationem tam accurato iudicio se contulit, ut publica ipsius opera, & elegantissima ectypa, magistris suis, Italis, exterisque nationibus nunc sint admirationi. In primis autem, Suleymanni Turcarum Imperatoris Selimi filii, & Ismaelis Perfarm Regis Legati effigies, quas in æ Constantiopolis scalpisit. Quin & Flensburgensi huic patriæ, ornamento etiam existit Thomas ille Finchius, Geometricis artibus & scriptis clarus.



ITZOHOA

ITZOHOA nobile, & augustum Holsatia oppidum, situ, locique natura, nauigatione, ac proinde negotiatione qua per Storam & Albim flumina exercetur, praefans. Nam Stora, piscolo ac nauigabili flumine, vndique cingitur, quod flumen in intima Hol- satia ortum, aliquot oppida, & nobilem illam Rantzouianam domum Bredenbergam alluens, ad occidentem Albi permixtum, à fluminum tandem parente recipitur. Oppidum autem Itzohoa primum à Ludero Biling Saxoniz Duce, totiusq; Holsatia domi- no, sub Ottone III A. circa annum Christi millesimum, contra VVandalos muniri coepit, supeditante flumine, & loci opportunitate munitiones: Cumque VVanda- li, tempore Imperatoris Henrici II totam Holsatiam, Dithmarsiam ac Nordalbingam crebris incursionibus depopularentur, incensis omnibus villis ac pagis, vnicum propugnaculum in Itzohoe, & Borcklenburch, ab ipsis expugnari non potuit. VValematus autem, secundus eius nominis Daniz Rex, de- uicto Adolpho, tertio eius nominis Holsatia Comite, Hamburgum fugiente, oppidum istud diripuit ac de- uastauit, Anno Christi M. C. C. I. Postmodum vero anno salutis M. C. C. VI. Holsatia Proceres, opportuna situs commoditate incitati, denuo hoc oppidum munire coeperunt, ibidemque contra Regem se fortiter defende- runt, aquarum firmati praesidio, quæ mirum in modum eo die bis in eandem altitudinem exstuarunt, ut pon- te deicto, ciues tueretur, Danis exclusis. Stora siquidem, quemadmodum & pleraque alia Holsatia flumina, ad aliquod miliaria, aflu marino, exagitatur. Itaq; hunc diem oppidanis, celebri memoria, annuatim obseruant, eundemque, ob partam tam illustrem victoriam, ciuium dem nuncupant.

Anno M. C. C. xxxiiii Itzohenses, ab Adolpho IIII, syluis ac pratis, nec non insignibus, ac iure munici- pali donati sunt.

Gerhardus Comes Holsatia, & filius Adolphi IV anno reparata salutis M. C. C. V. transtulit coenobium vir- ginum nobilium de Iuenslethe, & id rursus extrui iussit ante oppidum Itzohoe, idque multis, ac amplis praediis ac fundis locupletauit, sepultusq; est in ipsa coenobio Ecclesia, cum omnibus suis posteris. Deinde etiam anno M. CCC. XL Gerhardus Magnus in Iutia cæsus, ibidem humatus est. Et Anno Christi M. CCC. Lxxxi. Comes Henricus ferreus sic dictus, quod itipendia meruerat in Dania, Suecia, Anglia, & Italia: Nec non Elisabetha Co- mitis Nicolai coniunx, Anno M. CCC. Lxxxviii. Item. Comes Nicolaus, anno salutis M. CCCC. Annoq; Domini M. CCCC III. Albertus Comes, qui in Diethmarsiam irruptionem faciens, equo lapsus est, ex quo casu postmodum xxix Septembribus obiit. Post hos etiam Gerhardus Slevyicensis & Holsatæ Dux anno orbis re- dempti M. CCCC. IV à Diethmars casus, Anno deinde Christi M. CDxxi Henricus Holsatæ Comes ele- ctus Antistes Ofnaburgensis. Similiter Dux Henricus, filius Gerhardi in obfitione Flentburgensi lancea inter- ceptus. Postremo sepultus est in eiusdem coenobio Basilica, Anno M. CC. Lxx Dux Adolphus Lubecæ mor- tuus. Extant ibidem & alia quædam monumenta tymbi, Epitaphia, Holsatæ procerum, & illustrum, nobili- umq; familiarum, imprimis verò ex heroica, & parcelebri Ranzouiorum gente, Bredonis, Caii, qui Dominus & Hæres furi Curui aggeris: Ioannis, Henrici, Pauli, Nicolai, & Mauriti, quorumplaræque sepulctura, ex candi- do mortore, præcellenti opere factæ conspicuntur, eruditorum epitaphiis, & carminibus illustrata. Ex mul- tis, quod Iannis Ranzouij tumulo, marmori insculptum est excerpere placuit.

Ioanni Ranzouio, nobili Holsato, qui post suceptum balthicæ militaris decus, & perlustratas remotissima- rum gentium prouincias, quantum pacis, belliq; artibus, omnibusq; corporis, atque animi eximiis bonis, eniti potuit, id omne secundum pietatem in Deum, vii patriæ, eiusq; laudatissimis Principibus, Friderico I, Chriftia- no III, & Friderico II Danorum ex ordine Regibus, huiusque patris, Iohanni & Adolpho Holsatæ Ducibus impendit, felicissimo eventu, vtpore summius cum iusto Imperio Dux, exortis subinde bellis destinatus, semper viator, qui præter copias, deditasq; vrbes arces, profligatos eiecosque pro Cimbricis & Holsatis fini- bus, hostes rebellium Diethmarforum contusam ac fractam armis contumaciā, oœties, patentibus in campis, diversis præliis superataq; hostiles acies, vel ab ipsis indulgentia, vel à foeda fuga, vitam cogenerit impetrare, il- lustri & fidei erga patriam, eiusque principes & clementia, erga viatos gloria, quam ad fatalē mature senectu- tis horam, sine fortuna ludibrio, perduxit, sicutque domi sua exatius veniam nactus, omnibus animi sensibus inte- gris, in chariflma coiugis, filiorum, & nepotum complexu, aeterno numini spiritum, à quo accepérat, firma in Christi fide, & certa resurrectionis spe, confirmatus reddidit. Henricus & Paulus filii, parenti charis, moeren- tes posuere. Obiit anno Domini M. D. Lxv. die xxi mensis Decemb. cum vixisset annos Lxxiiii & mens. 1.

Sed, de elogis & Epithaphiis, qua in aliorum Ranzouiorum monumentis tam in ista Ecclesia, quam alibi pallium leguntur: Item de generosis, claris, & fortibus, Nobilis Ranzouianæ familiæ viris, qui quadringentis hic usque annis, pace & bello floruerunt, liber extat, Antverpiæ, Plantinianis, ac proinde elegantissimis typis ex- cusus, cum Historico Epigrammatum libro, continente encomia Heroum, Imperatorum & Ducum, superio- ribus, & nostro seculo, virtute bellica maximè illustrum, quos Henricus Ranzouius, in Duca tibus Regis Da- nia Vicarius, in Arce sua Breidenberga depingi, & versibus, partim à seipso compositis, partim hinc inde col- lectis, ornati curauit. Porro, in iam commemorata Itzohensi Coenobio, monastico habitu, etiamnum de- gunt xxi diuinis officijs, nuncupata nobiles virgines. Haud ita procul ab isto virginco, misericordia, pietatisq; officina est sita, Xenodochium equestri D. Georgio facrum. Oppidanis Fredericum II Dania Regem, hæredi- tarium Dominum agnoscent.

S L E S V V I C V M.

SLEVVICVM, Cimbricæ quondam totius Metropolis, amplissimum, & ex commerciorum frē. quentia opulentissimum oppidum, sed nunc, pro fatali eius casu, non ea magnificientia conspici. endum: situm in ipso Isthmo Cimbricæ Chersoneli, vbi inter duo maria, Oceanum scilicet Ger. manicum & mare Eoum, sive Balthicum, minima est terræ intercapedo, qua etiam iusti milliarij germanici longitudinem non excedit. Nam flumen Threna, aucto Oceani, usque ad Hollingstede pagum, refluit, a quo Slevvicum oppidum, ad Sliam, sinum Maris Balthici, haud plus vnioco mil. liari distat. Crantzius, & qui Saxonum conscripsere historias, aliam Slevvico appellationem attribuunt, quam etiamnum apud Danos & Frisios vñus retinere videtur. Hi enim sua lingua hoc oppidum Hedebei vel, vt alii, Heideba, nuncupant, eō, quod à quadam Dania Regina, cui Hethæ nomen, dicant primiū esse conditum. Ad. pellationis Hedebei vestigium, in occidentali littore ad Sliam, etiamnum supereft. Ecclesia nimirum, que vetus Hedebei, nomen retinet. Quod si etiam Danum, vel Phrisicum Colonum, germanicae lingue ignarum, iturum Slevvicum, aut inde redeuntē interroges, quónam se conferat, aut vnde veniat, non Slevvicum, sed Hedebei, respondebit. Inuenio etiam in Annalibus Caroli Magni, à quadam anonimo Monacho cōscriptis, Slevvicum priscis temporibus, Slevfori, nuncupatum fuisse. Moderna autem oppidi nuncupatio, ex Saxonici idiomaticis proprietate originem habet. Saxonibus enim & Cimbriis, VVic, oppidum dicitur, positum ad sinum aliquem vel maris, vel fluuij (vrlatius deducitur in Indice.) Cum aut hoc oppidum in sinu maris Balthici positum sit, isq; antiquis Slia tractus fuerit, quod alueus ē regione oppidi, scilicet ninforum fleckendo, sinu efficerit. Qui etiamnum (die Wic) hab incolis nominantur. Hinc Schleßwic & Slevvici, est orta nuncupatio. Est autē peropportuno ad negotiationem situ, portum habens ad exercenda commercia, commodissimum. Olim enim ex Belgio, Britan. nia, Galliis, & Hispaniis, ad ostia Egatora fluuij nauibus merces transportabantur, qua, per Threanam fluuium, Hollingstadium subiecta, facili negocio Slevvicum, ac inde, per mare Eoum, in Dania, Norvegia, Svecia, re. gna, nec non Liuoniam, Russiam, Borussiam, aliasque Germanie Provincias, quas mare Balthicum alluit, im. portari poterant. Ambitus Slevvici, dum Vrbs amplior fuit, idq; hodie adhuc, intercisa & interrupta vallorum & aggrium ruderam monstrant, si principium ab occidentali latere Slia sumatur, apud superfiitem Ecclesiam, cui Hedebei nomen manet, vbi Slia sinum, occidentalem plagā versus, efficit, quem vulgo, (die Wic) vocant. Videntur ibi vallum, fossa quo vrbis superfites, atque adhuc sat is integræ. Quidam pilæ etiam lignei pontis, per quem transitus supra sinu fuit, compendiosa via, qua Ecklenfordia Chilonium mē itur, ante paucos annos appa. rebant. Huic loco mons altus imminet, Oldenburi nomen habens, arboribus, fructicibus, & spinis vndeque q; consitus, ut propter densitatem accensus sit difficilis, in cuius summittate Arx posita fuit munitionis, clavis Isth. mi Cimbrici. Ea, eti omnino nunc diruta sit, vt nihil reliquiarum superfis, manent tamen tres fossæ profundæ, quibus olim fortalicium illud circundatum fuit. Eam arcem, cum vrbe subiecta, cum Henricus primus Impera. tor Marchionis Saxonie sedem constitueret, illo mortuo, Dani obsederunt expugnaueruntque. Visuntur etiam adhuc loca, & castrorum vestigia. Ingessum quoq; sinus istius obstruxerunt Dani, vt nulla iusta magnitudinis nauis ingredi queat, sed armatis, equis, curribusque vadum sit. Ab ea Vrbs parre, qua Aquilonem respicit, ag. ger fuit, in orientale littus Slia, vbi nunc Slevvicum oppidum est. Tum temporis enim Slia tam altè, vt nūc Got. torpium, Arcem versus, non ascendit. Neq; Gotorpium adhuc in temporibus conditum erat. Neque etiam hi, qui nunc Gotor. pium dicunt, aggeres erant. Sed erat pars illa Aquilonaris tota palustris & saltuosa, vt adhuc lacus Buthorpianus, & qui Castellum alluit. Der Vorhſe dicitur, nemusq; & saltus (Polen) nuncupati demonstrant, ita, vt transitus Slevvicum, per illuagarem faltem pataret. Eſetq; natura loci is tractus munitionis. In eius aggeris medio, loco editiore, propugnaculum erat, castrum D. Georgij. Quo in loco, Dux Adolphus denuso, nostro tempore domum ædificauit, cuius fundamenta, superiori anno, sub terris inuenta, fue. runt satis operosè muris exstructa. Aggeris etiam vna pars sub aqua manet, que Faunio Tephroq; ventis, aqua abgentibus, ad. huc cernitur, & ab eius loci gnaris, tamen non sine periculo, ceu vadum aliquando transiſt. Cinxit deinde aliud vallum, vrbeum Slevvicum à Sli orientali ripa incipiens. Vallum illud cōtinuum fuit septentrionem versus, atq; collī munimentum impositum, quod adhuc extat, & in delubrum versum. Michaeli dicatum est, prope forum vrbis equinum. Videtur ex valli aliqua pars, que intercisa, in orientem porrigeatur versus fontem, è quo canalibus aquæ in oppidum deriuantur, vulgo, (Der Pipenborn) Indeque. haud longe, in lacu Sli, qui Nœt dicuntur, vallum illud defit.

Antiquus hic Slevvici amarus fuit, partis atque partis natura loci munitus. Sed, vt & de praesenti eius oppidi situ & conditione agamus, Danicis doce. mur historiis, primam templam Deo vero & æternō conditum & dedicatum fuisse Slevvici, ab Erico Rege Danie, fratre Heraldi, quen s. Anselmatus ad Chri. D. LXXXIIII, subducto relinquitur D. C. C. X. V. anni, ante quos hac patria Christi Saluatoris nō nomen dedit. Verum sequentes reges non dia. in ea fide perseveraverunt, vt in indice latius educemus.

Circa annum, à nato Christi M. LXXI V. Slau, ciuitatem Slevvick capiunt, expugnant, depopulant, funditus extingunt, & Religionem Christianam peffundunt. Ceſtante autem iam Slaui persecutio, auctus est Slevvici culus diuinus, pleraq; monasteria & templa adificata. Refurbant etiā in primis Ca. thedralis Ecclesia, ang. opibus & redditibus aucta. Extructam est etiam ab Anglis, prope forum Ecclesia S. Spiritus, quod adiūtum habuit eiudem nomi. nis Xenodochium. Erat etiam Ecclesia D. Nicolai, ex aucta Cathedralis Ecclesiæ latere, que adiunctum habuit monasterium ordinis D. Augustini, orient. nominita supra montem. Aquilonem versus, fed & folo aquas fuit, vt nulla corus veltigia superfint. Exar & Xenodochij & Sacellum S. Georgij ad pagum eius montem penes viam, qua Ilenburgum iuxta, Sacellum est D. Michaelis Archangeli, forma rotunda, vel plenisq; in locis, antiqua inhdelium delubra cernuntur. Superet autem integrum monasterium nobilium virginum monialium in peninsula Slevvici (Hollm) dicta. Templo in eadem peninsula, primum pro mercatoria domo ab Anglis exstructum, & sequente tempore in Ecclesiæ factum, planè dissumptum iacet.

Ea, nunc est olim opulentissime & amplissime vrbis deploranda facies, si ad illam pristinam magnificientiam diuinis cultus, & opulentissimorum commerciorum referatur. Sed nihil nimirum. Ut enim hominibus vita fuz, hic imperii, regnusq; Redubus, sui sunt fatales termini. Durat tamē adhuc, & medioceſtata coſequatur Cathedralis Ecclesia Slevvicensis. Fundatus est Episcopatus Slevvici ab Ottone primo, anno Domini D. CCCXLVI. Ac poſea à Danie Regibus variis redditisibus auctus. Episcopos habuit vñq; ad hanc annum Christi M. D. LXXXIV. quadragesima quatuor, qui ibidem ma. gna ex parte humani quiescant.

Non procul à Slevvicensi oppido, GOTTORPIA Arx sita est, nomen à Gothis obtinens, qui hic olim castra habuerunt, veterum Ducum Slevvicensium sedes, nunc Adolphi, ex Oldenburiensi familia primi eius nominis dominio, vñq; cum oppidulo subiecta est, qui arcem firmissimis propugnaculis ac muri munire, edificisque nouis ac ponte lapido ornare cepit. Telonium hic celebre, vbi competrunt, fidelibus annis ex Dania 3000. boum, in Getima. niam abacta, veltig soluisse.



MINDA.

MINDA, vetus Saxoniae opp. propitio, ad negotiationem sitt, commendatur, ob famo-
sissimorum fluminum concursum. Visurgus enim flu. hanc urbem irrigat, Ptolemyo,
Ceti, & Patrculo, Visurgis: Straboni, Bisurgis: Sidonio, Vesatis; & ex Adriani Iunij
obseruatione, Ouidio, Itargis: nunc, Vesera, Vulgo, *Die Weser* ex Hesilcis, seu Abno
bijs montibus ortus, nobiles Hassia vrbes alluit, per Saxoniam, & VVestphalia vchi-
tur, donec Bremensem diocesim praterlapsus, mari Cimbrico misceatur; Fluminib.
corriuatur Lexna, Allero, item Fulda, & VVerra, qua Mindæ recipiens, eorum aquas,
adpellationesq; absorbet. Hinc, quia nauigalibus Minda, copiosè infringitur aqua, qua-
rum vnu, varie, ex intima Germania adportant merces, quales vicissim marinas, quas
Brema, per Visurgum, affatim prebet, larga advectione, refundit, gratam negotiatoribus residentiam exhibet.
Eam, ita Hammelmannus, in sua vrbium VVesthalicarum Synopsis, cōmendat. Mindensis vrbs, dicta, per VVi-
dekindum, *Minden*, amoenissima, & munitissima est, ex nauigio VVeseræ, eiusq; alluione, amoenitate, pīces,
& alia commoda sentiens, coquit bonam cereuissam, vicinis multis grata, varijsq; mercaturis abundat: Non
dicam, de tribus Collegijs, inter quæ est Cathedralis Ecclesia. Laudauit carmine hanc urbem Bernhardus Lude-
rus. Sed, de primis eius initiis, ita Munsterus. Cum VVidekindus, primarius Saxonia Dux, ad fidem Christi per-
uenisset, permisit Carolo Imperatori Arcem suam, ad flumen VVeseram, vt in ea firmaret Episcopo locum,
capax enim ambori fuit. Ita, vt Episcopo diceret, Mea, atque tua erit communii iure, Arx ista, vt inde, Saxonum
lingua, *Myndyn* diceretur: sed, temporum succensu, ex y, factum est e, vocaturque ciuitas ipsa hodie, Myndes.
Fundata est autem Ecclesia intra muri septa, quod hodie quoque conspici potest. Nam veteris vestigia muri,
etiamnum extant. VVidekindus igitur, acerrimus initio Christianæ fidei, & Caroli Magni hostis, cum prima
religionis vera, hic Mindæ, copisset initia, eius quoq; vrbis, & Ecclesie promotæ fuit. Cuius quidem, Euangeli-
cam illustrationem, quia in sua Saxonia Crantzius, non illepidè recentet, liber eam, & hic paucis commemo-
rare. Cum annus, inquit, Christianæ salutis, post septingens octogesimus quintus ageretur, & iam tempus ve-
nisset ab alto miserendi, VVidekindi visitatus à Domino, ad lumen respexit: & iuncto secum Albione, viro
primario, qui trans Albinum dominaretur, in ea qua nunc est Holtatia interueniente ex aulicis quodam, ad re-
gem Carolum, qui ad Visurgum castra habebat, perduxit, Christi Baptismum, iam sponte depositens. Tra-
dunt nonnulli, Regem tum in Bardevvico confidisse, cum ad eum VVidekindus perueniret, alij etiam adii-
ciunt, in Mindæ illi suisle salutis initium: Tradunt enim Ducem, scrutandi audiū, lembo, per pronum flumen
deuceum, lacero habitu, interstipem poscentes confidisse. Cumque sacratissimo die Paschæ, ex more Chri-
stiano, omnes sacram communionem subirent, vidisse VVidekindum ad os regis, ludibundi speciem pueri:
eoque conterritum miraculo, Christiana sacra postulasse. Rex, suscepito in gratiam, iussit baptizari: ipse suis
manibus VVidekindum, honoris gratia, sustollens. Hac tenus quidem Hamburgensium Decanus, Crantzius,
Qui id elogij, huic patriæ tribuit, quod in ea VVidekindus, sit primū Christo iuiciatus. Quanquam eam glo-
riam, alij Mindensibus, eremptam velint, vt Roleuingius, qui scribit, quod VVidekindus, falsorum Deorum de-
serens cultum, & in gratiam, à Carolo Rege admisius, arcem suam receperit, in vicinia oppidi Osnaburgensis,
iuxta Rullam Monasterium, cuius arcis etiamnum vestigia restant, *Widelsburg* / apud stagnum miraculo.
sum, fundo & altidine carens. Hac ergo sua Arce recepta, curauerit VVidekindus edificari Ecclesiam, nomi-
nasci voluerit. Eam Ecclesiæ, etiamnum contrahit, Belheim, nuncupant, qua de re, in vnu etiam est, apud
rusticos, eius loci, cantic. Crantzius tamen etiam, in Saxonia lib. 2. cap. 13. in Bardervico VVidekindum, &
Albionem, venisse ad Carolum, & ibi eos Christo inclinasse ceruices, scribit. Annales autem cuiusdam Bene-
dictini cœnobiariorum anonymi, commemorant, venisse vtrumque ad Carolum, in pagum, nomine Bardengau,
& tandem, datis obsidibus, per Amalvnum, ad conspectum Caroli venisse, in Attiniaco villa, & ibi bapti-
zatos esse. Crantzius rursus, in Metropoli lib. 1. cap. 4. diuersum habet. Sunt, qui istas historicorum sententias, hunc in modum,
conformat studeant. Ut bellhi Duces, ad Carolum, in Bardervick venerint, ibi q; sint facili catechumeni, sed, postmodum, vel
in Beelheim, vel Mindæ, sint salutari aqua lauaci, in verbo vite, regenerati. Ut vt sit, VVidekindus, postquam Christo accessit,
pura ipsi religio cordi fuit, cuius oratione, Mindæ, vrbis formâ induere cepit, monstrato, ad Arcis luce vicinâ loco, vbi primum
Ecclesia excitata, & primo vrbis Episcopo, habitatio assignata est. Is Heribertus fuit, rara sanctitate, & doctrina pollens, de quo plura
in sua Metropoli Crantzius, vbi reliquos ex ordine successores, eo Hammelmannus, lib. de illustris VVestphaliæ viris, recentet.

Circa annum tertium, post mille quadringentes ciuitas Mindensis, pontem illum, magnis molibus lapidum, in pedes coniecit,
firmavit super Visurgum: Sed nulla vis per elle potest, intumescenti glaciali fluminis, disiectus quippe fuit, quibusdam locis, maio-
re tamen parte, consistente.

Crantzius, in Saxonia lib. 10. cap. 24. Ciues Mindenses, in sua ciuitatis concilium tumultuantes, ipsum vrbe eiecerunt, vxoribus
post eos, in curribus, per contumeliam missis. Egere quod poterant, eieci: primum manu iniuriam vlcifentes, & incendiis gra-
fantes. Ex primariis tumultus authoribus, quandam deprehensum foris, quidam ex proconsulibus sua manu appendit in arborem,
vigilandum. Inde iure agere conniuis, idem ad Robertum Romanorum Rege contendit: ibi: ciues euocatos, & nō comparentes,
banno subiici curauit imperiali. Quo iure, vicinos illis, principes, qui tuebantur, auertiti: inuestigationem rerum prohiberi obtinuit.

Narrat Tacitus, Druso, in Cherufo, pergenit, cum castra haberet inter fluvios Amusum, & Visurgim, statim Angriarios à tergo defensionem feci-
sc, ex quo loco, non obscurè fixa Angriarios intelligi potest. Ex quibus etiam colligitur, inter Angriarios, & Cherufo, Visurgum terminu fuisse.
Vbi enim hodie Mindæ, oppidum conflituum est, in iisnum habuisse Cherufo videut; unde constat Cherufo vita Visurgim habitatæ Angriarios.
Nam superiorum parentum Monasterialis Dioecesis, cum eo tracta VVestphalia, qui ad Archiepiscopatum Colonensem pertinet, eos occupare suscipie-
mus, superstant hodie reliqui nominis Angriarios, sive malis, Angriarios. Nunc Archiepiscopus Colonensis, Angaria Dux ascribitur. Et vi-
cus supereft, cum Castro, in limitibus VVestphalia, inter Olsaburgum, & Herwardiam. Engrea dictus. Haec, de historia & antiquarum genitum sive



MUNDEN.



MUNDENSIS. ad viam
gum flr. Saxoniae Ur:
bis. genuina delineatio

STETINVM.


POMERANIA nomen accipit à Pomesano Vidunti, primi Borussorum regis filio, dicit enim Erasmus Stella: Vidunti filii, qui in Borussia remansere, tres nimis ex matre Borussia natu, terram secundum capita diuisisse Pomesanum, qui ex his aetate praecebat, sorte eam occupasse terrae portionem, qua Hulmigeræ propinquior est: tum à Germanis habitatam, à quibus Borusij magis formidabant. Sed quoniam Pomesanus strenuus videretur, manu ac animo feroci, multitudinisq; admodum studiosus, hanc magis tutati eum posse confidisse, ex ipsoque hanc portionem deinceps Pomesaniam dictam fuisse. Hodie vero, vocem non nihil variata, Pomerania dicitur. Lemonij quos Tacitus recordatur, Ruggi finitimi, & Oceani accolæ, Pomeraniae cultores fuisse videntur. Sub his vero & Rugiani recententur, & VVagrii, Polabi, Oborriti, Rissini, Circipani, cunctiq; VVandali. Vsi sunt ante susceptum Christianismū lingua Vandalica, & à primis cultoribus lingua patria, hoc est Vandalica, hæc regio Pomerzi dicta fuit, ab indigenis habitata, & propriis dominis gubernata: alienis autem nunquam subiecta est. Dividitur autem in superiorem & inferiorem Pomeraniam, quarum hæc in orientem vergens, Vandaliam Cassubiamque, illa Stetinensem, Bathiensemque seu VVolgastensem ducatus, ac Rugensem. Insulam complectitur. Opidis egregiis exculta, insigniora tamen quia habet, iacent in littore maris, pauca quædam mediterranea, quorum præcipuum est STETINUM, seu Sedinum, à Sedinis populis, ut creditur, denominatum, cùs Viadrum, Vetus à præfici merito dictum: quod conditoris nomen & tempus extructiōnis, à nemine adhuc accuratè peruestigatum sit. (Quanquam tamen lobstenius, eius ortum in annum Christi centesimum vigesimum quartum ultra millesimum referat.) Situs, commerciorum, & vieti oportunitate, morumq; elegantiā, nulli maritimorum ciuitatum cedens; piscium leđissimorum varij generis, & precij exigui inexhaustum, promptumq; viuarium: Pratorum quoque ac lignorum caðuorum adeo ferax, ut patem haud facile, superiorem vero aliam vix vsquam reperias vrbum. Luxuriant ager suburbanus finitimus prouentum egregiorum fructuum, quorum magna vis quotannis in transmarina regna & ditiones deferuntur. Quin etiam iure exonerandi merces, & aduectiarum rerum omnium vel retinendarum, vel exportandarum præ ceteris, immunitate rara atque perue teri gaudet.

Habet modo in ea sedem continua serie à maioriis acceptam, illustrissimus Princeps, D. Ioannes Fridericus Stetinensis, Pomeranorum, Cassuborum, & Vandalorum Dux, Princeps Rugiæ, Comes Gutzcouiae, & Leopyrgensem, ac Butouiensem terrarum Dominus. In Pomerania, Stetini, Cassuborum & Vandalorum Ducum genealogia nuper in Saxonia edita, ita legitur, VVartislaus primus, alias Bertizlaus vel VVercezlaus, cum fratre Ratiboro, in diuisione cum reliquis fratribus facta, citeriore Pomeraniam, Germaniæ finitimam, vbi Stetinum, & caput gentis & amplissima familia sedes, Wolgast, Vffidum/citra, & ultra fluuium Pene usque ad Colbergam accepit, Primus ex hac illustri familia, religionem Christianam suscepit, & cum ambobus filiis baptizatus, à D. Ottone Episcopo Bambergense, & Comite Andechsino Apostolo Pomeranorum, Episcopatum Iulini, alias VVollin, & templum D. Iacobi in Stetino, fratri Ratibori auxilio, fundauit circa annum Christi. M.D.XXIV.

Est Stetinum iuris ac foederis Hanseatici, ad illud societatis membrum pertinens, quod Lubecam, totius Hanse caput primo respicit.

Eius longitudo est gradiuum triginta septem minutorum sex,
Latitudo, grad. quinquaginta trium, minutorum sex & viginti.

ALten STETTIN.



VVRATISLAVIA.

VRATISLAVIA Silesia Metropolis ad Odrę & Oławę fluorum confluētē sita est à VVRatislao Bohemō teste Cranzio in sua Vandalia condita, & ab eodē sic dicitur. Vnde & in illius honorem Vrbis in suis insignibus literam, VV, gerit, quemadmodū hoc Imp. Carol. V. in suis Privilegiis Vrbī datis confirmat. Ptolomeus in his oris Budorgin sitam fuisse existimat, ideoque opinantur aliqui ex ruinis illius creuisse VVRatislaviā.

Parva huius Vrbis initia fuisse anno Christi 965 ex eo evidens est, quod in Australi ripa Odrę tantum tres vel quatuor domus turritae, quarum vestigia adhuc supersunt, in quibus haud dubie Duxes Quodorum habitarent, existent.

Anno 1058 Casimirus rex Poloniæ sedem Episcopii Silesiorum quæ sub initium religionis Christianæ Smogrz nunc exiguo pago, deinde Bitinæ in terra Brigenſuerat, VVRatislauiam transtulit & Insulam Vrbī vicinam quam Odrafluuius circumabatur Episcopo & Sacerdotum collegio attribuit.

Paulo post & ibidem arx & munita fuit contra incursionses hostium quæ adhuc hodierno die dicitur Vtra appellatur.

Paruit circa hac tempora cùm reliqua Silesia Poloniæ donec tandem tota hæc Provincia anno 1163 à Boleslao Cripo, VVladislai filiis ex transactione auspiciis Friderici Imp. facta concederetur quorum primus Boleslaus procerus VVRatislauensem & Lignicium præfatus est.

Boleslao successit Henricus Barbatus beatus Hervigis coniunctus. Huic successit filius Henricus II. plus dictus cuius tempore cum Tartari vastata Polonia in Silesiam irrupserint anno 1241, ciues munitione noui opidi quod adhuc lignuum erat diffisi, cum rebus suis se in Insulam vbi Principum arx erat recepterunt, oppidum vero non hofstite receptaculo esset incenderunt arcemq; tuati sunt. Cæsis autem Tartaris ad Lignicium pius Princeps in conflictu perit, cuius cadaver ad D. Iacobij ades sacras VVRatislauias.

Henrico pio successit Henricus III. filius sub quo Anno 1260 VVRatislauia nouis adiunctis exstructa est & murus interior qui adhuc hodie existat & antiquis ciuitatis muris dicitur ceptus adificari & deinde trimetrum Botellai Calui obsecionem sustinuit. Anno vero 1261 Cluitas iuri Magdeburgensis donata est, & cum illius non Vrbi Dux admodum studiosus esset multis eam immunitatibus & Privilegiis ornauit, in quibus praedictat quod post solium Deum per fidèles & charissimos eius suos VVRatislauenses pariter & per terrigenas vt verba sonant VVRatislauensem Ducatum VVRatislauensem & dominium fuerit consecutus. Vnde cum ad Vrbem pallium ex Germania ciues Germani consenserent ad dijiciti quoque pluribus aucta & amplificata fuit.

Sab. huius Henrici III filio Henrico IV qui probis dictis fuit anno 1265 tota Vrbi gubernatio Ciubas commissa fuit. Anno vero 1272 Vrbi iaceendo viq; adeò confumpit fuit ut nihil præterquam murus interior ceptus pauca rudes ex costi lapide extructæ reliqua fuerint. Dux autem Vrbi in instauracione iusti, dato Privilégio vt murus ceptus ab solueretur & propter incendium locum pericula adiuncta ex lapidibus exstruetur: Quadriennio post iterum Vrbs penitus configurata. Sacra autem Crucis collegium idem Princ: Anno 1270 exstruxit.

Defuncto Henrico Probo sine postole Masculo, successit eidem Henricus V. Dux Legnicensis, qui post se reliquit succellorem filium Henricum Sextum, is VVRatislauiam per Privilégium, Anno 1311 constituit Metropolim omnium suorum Vrbium. Cum autem idem Henricus VI. de consilio VVRatislauensem se & Ducatum fidei Iohannis Regis Bohemicus permissit ipsoque defuncto VVRatislauia anno 1337 in fidem eiusdem Regis se conculceret, Rex Vrbem singulati famosus procerus est, & multas ei praecatas immunitates conciliet.

Cameo anno 1342, 7 die Septembri & biesano post penè tota iterum confagata regia liberalitate ad eam formata: Vrbitus quæ nunc existat ordine singulari placis dispositis, constituta & adiuncta est, ob quam formam pte cæteris Germania Vrbibus celebris est.

Carolus autem I. Cæsar Iohannis Regis filius & successor, Vrbī magnam partem quæ in vltiori ripa Odrę fluuij sita est a diecir eamque templo D. Borothem dicato ornauit, tamen in se quoque anno 1349 VVRatislauia venit, & quia pteclaram de prædita Scenari opionem habebat tortus territorii VVRatislauensis præfecturam illi commisit & primarios viros consulares fece ad coronacionem Romanum sequi voluit. VVencellus filius nimis sua in quoddam ciues liberalitate & indulgentia, tamului qui 18 die Iulii anno 1348 contra Senatores excitatuit fuit, caulfam dedit, qua de caufa & hodie dies ille pro nefasto haberet.

Sigismundus vero Cæsar frater VVencelli anno 1350 post Hulne ob Constantia conciliis sententiam omnibus suspectis armis inferent VVRatislauenses quoque hinc malis implicati se adiutori eos aliquo anno ante totis viribus sunt ruiti. Cum tandem inter Matthiam ex Carnere ad Regnum Hungaria vocatum, Calimini Poloniz & VVladilum filium eius regem Bohemicum magne de Silesia contentiones ora fuissent & VVRatislauenses Matthiam in virbum receperint, Calimini & VVladilus virbum tres menses continuo sfrustra obfuderint: Vbi vero anno 1479 pax inter hos Reges iacta fuisset & ex translatiōne Matthei Silesia obiugaret, virbum ille mulier Privilégio condecorauit.

VVlad filius deinde Rex Hungariae & Bohemiae factus virbi ius impiorum de quo cum Matthia etiam prius contenerat, diplomate dabo concessit. Dchine Ferdinandus Regnum Bohemicum adeptus anno 1527 VVRatislauiam primum ingessus est & bis deinde eam inviuit. Cumque haec virbe misericordia delectaret, regis singularibus eam viribus publice praedicavit & magnis affectibus beneficiis. Dignitatem Magistratus singularem in modum amplificauit, eamque illi tribuit que in nobilitatis commendatio ne primas obtinet, aqua sua iacecclesia apud Carolum V. Imp. effecti ut mulier ac magnis virtutum premis dato Privilégio anno 1530 eam ornauerit.

Anno 1563 Diuus Maximilianus vius parte in hac virbum venit, quæ de sententia Cæsaria Ferdinandi p. ii illius verba iurauit. Quam ille animo propenso in hanc virbum facit & quantopere commodis illius studiuit in recenti memoria est. Quod eodem animo & voluntate Sacratiss. Imp. Rudolphus I erga eam affectus sit, anno 77 quando eam vidit & hæcens multis modis abunde declarauit & quod in posterum quoque eam pro innata clementia si declaratus, spem Cuiusdam firmissimam concepit.

Si quis virbi huius situm, splendorem adiectorum, turrium atque templorum strukturam convenientem placearum ordinem intueatur, item & soli circa virbum fertilitatem mercaturam & rerum omnium abundantiam quæ in hac prouincia circa virbum natu: unius & ex diuersis partibus orbis in virbum adiunctum consideret, cum præcipuis eam Germania viribus certare dixerit, pauca aut nulla ei præferendas celebri.

Quæ vero in hominum societas summa sunt ornamenta in hac virbe sunt præcipua. Arifloctaria enim pleia est dignitatis, & Senatus eximia reuerentia plebs obtemperat.


Leges autem non in illius partis aut factionis communitatem largi, sed ad honestatem, iustitiam, conseruationem & æqualem ciuium consociationem directas. Et senatus est vigilans & acer in legum defensione, in exercendis iudicis in disciplina, conseruatione, in puniendis delictis, & in tuenda pace. Sed & de iure quoque in hac virbe à Scabinis & eorum discipulis quibuscumque in hac prouincia consulentibus respondet.

Sunt & omnis generis artes vita velles in ciuitate.

Præstantia ciuitas haec proficit ingenia, que in bene istis constitutis Scholis liberalibus amibus eruditiorum, & ad res magnas tractandas preparantur.

Nec hoc omittatur succulenta in hac virbe coquitus Cerealis, quæ vulgo Šteffs dicitur & bonum præbet nutrimentum, vnde & omibus aliis huius prouincie cerealis præfertur & spud vicinas gentes in magno habent precio.

Longitudo huius virbis est 34 grad. & totidem minutorum, Latitudo graduum 5.1.0.



MONACHIVM

MONACHIVM in superiori Germania Vindelicie, quæ iam Boaria sine Bauaria vocatur, metropolis ad Isarum, rapidissimum amnem, ex saltu Schiratio, Alpium scilicet Penninorum gremio in Danubium profluente sita, inter urbes, quæ ducales Principum regis clarent, amplitudine, elegancia, mundicie excellit atque elegantia, de cuius origine qui scripsere, sententij inter se discrepant. Chronicorum enim Noribergensem consartinator sub Othono I. qui Imperi administrationem anno D. CCCCLXII. idijt Henricum ducem Brunsvicer, iuxta Bauariorum villam, ponte facto, nouaque trans Isaram amnem via munica, opidulo principium dedisse: Erneftum verò Henrici filium permittente propter heroica ipsius facinora Othono Cesare vitro viduum enim Henrici ille vxorem duxerat ex opidulo urbem fecisse referit, ea tamen lege ipsi ab Othono imposita, ut Frisingenii Episcopo, qui propter diminutum sibi ius & vecigial auera via publica reclamabat, quinque nummum pondio querannis dependeret. His auxiliis hanc urbem emerit, & in magnam populi frequentiam, ædificorumque crebitatem coaluisse, ita affirmat. Verum enim iuxta primordia Aventinus ponit, qui Henricum Saxonum Boiorumque dynastam, ex peregrinatione Hierosolymitanæ supplicandi causa instituit, reuerum, eum aliquandiu Imperator Fridericus Aenobarbus sextam in Mediolanenses expeditionem suscipiens auxilia fecutus, tandem deficeret, in primam Vindelicam, quæ superior Bauaria nunc dicitur, rediisse, ibique prope villam Monachorum Scheffariensis Collegij nouum opidum condidisse, quod Monachium appellauerit, Monachi, qui panis vlnis dextra manu species præ se iurantis ferat, sinistra vero librum teneat, insignibus donatum afferit. Sed cum ad Verengios (vicos nunc est ad quinam infra Monachium lapidem) à Salinis, quæ ad radices Alpium Noricarum eum maximus commodi prouentu etiam nunc vigint, via salaria & prætoria tendenter, ibidue pons & emporia falsi esset, etiam opidum transtulisse: Albertum verò Frisingensem Episcopum multiplicibus apud reuerum ex Italia Cesarem, querelis & accusacionibus tantum effecisse, ut cum cirarus ille minime se filerer, aliorumque etiam criminum reus ageretur, Ixix Maiestatis condemnatus, & vitroque ducatu exitus fuerit, quorum hunc ex decreto Senatus Cesare in fidem Othonis Comitis in VVitelsbach & Scheuren signiferi sui propter egregiam sibi nauarum operam transtulerit, illum Bernhardo ab Anhalt traxerit. Hoc autem memorabile, quod huius urbis conditio & redditibus amplificande causa Saxonis & Bauarie ducatur, qui viuis doministri parebant, diuissu successerit, & huius domini in VVitelsbach Scheuren semper familiam deriuimus seruimusq; interrupta in ferientissimum Ducem Guilielmum ciuius nominis quinque sui ordinis decus, qui utramque modo Bauariam pacatissime prudentissimeque gubernat, propagetur. Urbis huius tam externus quam internus situs multis opportunitatibus est amoenissimus, aere temperatissimo fauherimus. Inter Oenam & Lycum amnes, illum, orientalem, hunc occidentalem, vtrunque vnius die itinere distante, Isara medius interlabitur, ab oriente VVitelsburgum, ab occidente Augustam, à septentrione Frisingam, à meridiis verò cum pulcherrimis & diversis pictis delicatissimorum generibus abundante lacus, tum varia quasi of industria atque arte ad amoenitatem conserua nemora paesia circumquaque habet, numerosis diversarum ferarum, præcipue vero cervorum ceterarumq; discurrentium gregibus referit. Montes Tiroleses tanquam praeforibus Meridiani versus infingunt. Hortos suburbanos orienti soli expositos linpidissimi riuuli ex anno deduci murum gratisimo præterlabentes rigant, mirifice recreant. Nouus ipsius Ducis iuxta novum Castrum hortus, præter artificiosum sonorem & domum gloriam pulcherrimis pictis ac statu ornata, hoc singulariter habet, quod vix vix aliibi reperiatur, vt crepusculo apparet vespertino, magnus ceruorum gressus inter dum centum aut plurium sub ipsas propemodum feneris sponte accedit, vnde figi sternunt aut arcu aut Scopero queat, qualisunque eorum maxime ad lubeat. Lam h in ipsam urbem ingrediatur, ibi videre est, quam laxa, quam nitida platea, quam superba & elegancia plenide descant, quamvis denique utilitatem quantumque voluptam canales ex Isara alno tripli diversigio introducti ciuibus adferant. Tempis hie varia, sed duo turribus altissimis præ exercitio eminat, quæ & parochia collegiata sunt, D. Petri & Deiparæ Virginis, in quo Manoleum Bauariz Dicum, vbi & Lodouicetus IIII. huius nominis Imperator sepulcus est, visitur, turres verò huius templi binæ columnarum instar eadem latitudine, eadem altitudine ad CCC XXXIII. pedes allungant. Organum eiusdem templi maius, totum compactum est fistulis lignis ex buxo tornatis, rante quidem capacitas, vt vix vpiam tanta conspiciantur ex plumbis vel stanno fusiles. Monasteria hec urbs celebriora que præcipue vigeant, triahabent, vnum Franciscanorum, Augustinianorum alterum, tertium vero Diois Iacobis consecratum, quod monialium est: Duo item minora coenobia virginum, ordinis Diau Francisci, Franciscanis vicina. Cemetery duo seorsim duabus parochijs destinata, facillum quodque suu habeant, quorum vni ciborum est Nosocomium, certum suburbanum Saluatori dicatum super extremitum est nouum. Sit & S. Spiritus ad eum Xenodochium contiguum. Inter adhuc nonnullas urbis indies magis ac magis illustratur, præcipuum est templum Diau Michaeli Archangelo dicendum, vna cum integris iisque amplissimis ædibus, quas Patribus Societatis lessit. Dux Guilielmus à fundamento extitit, ipsa schola coniuncte erunt, ad instituendam iuuentum, que ex diversis nationibus hoc magno se confusum recipit, magnificestissimum. Aliud ædificium nouum, vt novo castro maiorem splendorum commodiatemque adferat, iuxta interiorē hortum, quem varia variarum elegantiarum dilicite exornant, confructur, cui vicina Bibliotheca est XI. circiter milibus voluminum (quorum non exigua pars diuersarum linguarum manuscripta sunt) seorsim & scitissime compactorum refertissima, theatro per amplio & ameno distincta. Infra verò theatrum hoc, statuarum est antiquissimorum monumentorum atque imaginum, quæ Romæ & aliunde magno zre congetz sunt, ditissimum. Castro novo per anfractum adhuc atrium omni elegantiarum ac deliciarum genere, quas vel natura, vel hominum artis labores & ad miraculum suspandas dederi inservit, in quo quotiescumque quis vel curiofissimum ingredatur, quod nouum admittatur inuenit, vt que adeo vagi biurus supplex acque valetas conspicitur. In curia ducali veteri aluntri rigides, vrx, lynes, & hoc quidem tempore duodecim leones, quorum femelle carulos frequenter parunt. In eadem curia memorabile magni roboris monumentum Christi orofus Dux rhinensis Germanicus ad marginem afferitus posuit. Molendina aquatica non solum extra, sed etiam intra urbem multa ac varia, ac varia eterni opificij seruantur. Fons Princeps Ferdinandus ad maiorem urbis amoenitatem publice volupsum ante palatium suum canalis educt, quem arcu magni artificij itacuis, quatuor elementa referuntur, quæ exiliens & galeatum cristatumque equitem portans egi simulachrum circumuenit, exornat. Artifica quæ apud alias gentes in vnu, & hic in precio sunt, aliunde introducuntur, ut instituta nuper officina vitriaria & textura holoflerica. Forum nobilitatur in primis vni adiecti, fatis, & rei frumentarii mercatu. Conſicutur autem hic merces plurime, quæ in diuersis provinciis exportantur. Populi frequenter tanta est, vt octodecim millia familiarium recenteantur, nec omnes recipi queant, quia in horreis multi & in angulis habitate cogantur magnis angustiis, adeo quidem, vt quatuor aut quinque nonnunquam reperiantur familiæ, quibus vnum tantum hypocaustum iuppedit. Celebriores hanc urbem & frequentiores facit, quod ex diuersis vndique nationibus diuersi huc nobiles & artifices benignitate Principum illeci, confluunt. Multi hi Comites, multi Barones & maiorum genitium nobiles agunt. Ius dicitur tribus tribunalibus, Provinciali, iulico, & ciuili huc urbano. In iulico confessum habent Comites, Barones, Nobiles & iure consulti. In ciuili Senatores, quorum qui interioris conflitj sunt duodecim plenarius ex patricijs senioribus, qui verò exteriori, XXIII. partim ex iunioribus patricijs, partim ex plebeis cooperantur. Criminale ius Protorum, quem vt plurimum antiquæ nobilitatis esse oportet in curia Senatoria cuius etiam ex ampliitudine spectaculo digna est, administratur. Patricius ordo his nobilior est, quam alibi, cui hoc recepta consuetudine solenne est, vt quatuor annis Dominico die, qui Epiphania legitur, vniuersus sue coelibus sue coniugari sint vna cum uxoriis ac liberis, quibus per seatem coniungit, ac per valeritudinem integrum est, in regiam. & ad quatuor præcipuas urbis portas, sue plateræ non cooperit, siue non fint, trahit circumvehantur, poltridie verò, in curia Senatoria vna cum aulicis choreas ducant, & Principibus sumptuosum epulum præbeat. Corporis Christi festo tam regis apparatus ac splendido hic supplicatio adornatur, quam vix credibile est apud villam gentem fieri, ita vt cum triumphalibus veterum pompis propemodum conferri possit. Repræsentantur enim & veteris & noui Testamenti historiæ, que res sua terra siue mari gelas, tradunt, speciacula & figuris que magno sumptu, magnoque artificio concinnantur ad res ipsas accommodatisimis. Vestes, currus, phaleræ, nauigia, alia que machine & ornamenta in definita cum magni fine præcisis diligenter asseruntur. Nundinæ hic bing habentur, vne post Epiphaniam, altera ad Diau Iacobi festum, quærum hascelbriores redditæ hominum & equorum in studio curfus, ita de hac urbe ex plurimis quæ memorata digna sint, pauca collecta, cum plura non capiat pagina, sufficiant.



POSONIUM PRESBVRCH.

Nobilissima Hungaria vrbis Bresburgum est, siue Posonium, vel ut Lazius rerū Viennensium libro secundo, ex scrinijs eiusdem vrbis docet, Pisonium, à Pisone quodam videlicet, cuius opera Tiberius Pannones subegit, à quo & vicinus lacus Peisodis, denominationem habere existimatur. Cuius & Plinius li. 3. cap. 29. in Norici vicinia, post superioris Pannoniae municipiorum enumerationem mentionem facit. Quem lacū in hanc usque ætatem, decimo à Vienna Hungariam versus millario, aliud a Sidunis Germanica natione nomen accepisse cernimus, qua de re eius loci homines Neufidlersee appellant. Sidunorum vero Ptolemeus in opposita Pannoniae ripa inter Marcomannos & Choturos obiter meminit, ut ratio etiam sit à Pisoni fortè, perinde ut proximum opidum, (quod Pisonium, & barbarè Polonium vocant) hic denominatum lacum fuisse, quod & monumenta in vicinia reperta demonstrant. Fuit autem Lucius Piso Pannoniae Praefectus, & cuius opera Augustum & Tiberium Pannones & Noricos subegisse Florus ex Liuio, & Cornelius Tacitus lib. 3. authores sunt.

VICTORIAE AVG. NN ET
LEG. IAD P. I. ANTONINI.
P. MARCVS D. SEXTIANVS
EPHESO PP. DD.
DEDICANTE EGNATIO
VICTORE LEG. AVG. C.
PR. PR.
E. C. L. PISONE

Sunt, quibus Antonini, & libri Notitiarum, Flexum, Posonium est, Spigelio autem Vienna Austriae vrbis primaria, latini recentiores Posoniū, Otto Frisingensis & Germani Presburch vocant, & Aldenburgum, Vbi Extā flumen Pannoniā superiorem ab inferiore diuidens, cum Istro miscetur, Hungaricē ibi loqui incipiunt, mixtus tamen est sermo, & sunt iij populi bilingues, germanicē & hungaricē loquuntur. Vrbs vetus & elegans, quā vt situ, ita ēre quo fruictur lato & ameno salubrīque, multas Pannoniae vrbes longè excellit, montes habet vineis amoenissimis consitos, qui & magnam lignorum copiam præbent, vbi sol Bachum minus colere & obseruare potest. Ad suburbium in præcelso montis vertice, arcem habet validam, quā, ut legitimū magistratū hanc vrbem obseruare docet, ita candem ab hostiis defendere potest. Subter inclito allabente Danubio, loca compasqua sunt, horti, viuaria, vbi ouium greges, cerui, damulæ, & multa ferarum genera, magna amoenitate conspiciuntur.



B R I X I N A.

BRIXINA in Comitatu Tyrolensi sita est, vbi Rientius signobilis fluvius in Isacum influit, qui deinde auctior factus, alioe faxofo, & inaequali ad Bolzanum celebre emporium in Athefum exoneratur. Est autem Brixina aeris temperie tota regione præstantissima, vt quæ in vmbilico ferè Comitatus sita, nec Itali cali aestiuo cauatae adulatur, nec hiberno frigore à summis alpibus imminentibus obrigescat. Aquarum vero fontiumq; summa est salubritas, ex quibus ille, qui vulgo virgineus vocatur, merito nominatissimus habetur. Ager Brixinenis altissimus vndiq; montibus cingitur, etq; autumnalium prestantissimorum aliarumq; frugum, viniq; apprimè ferax, verum cum album sit mediocre, rastro tanta est præstantia, vt ad remotissima loca, ingenti fanè precio appetatur, vniq; fere principum mensis, ad eximum coniuiorum decus reserueretur. Cathedralem Ecclesiam habet valde insignem, vnamq; collegiatam, Episcopalem vero sedem antiquissimam. Nam Sabionenfis episcopus primus perhibetur, S. Callianus, qui sub Diocletiano Imola martyrium subiit. Inde vero episcopalem sedem Brixinam transtulit S. Ingenuinus circa annum domini 1000, qui ambo vna cum S. Albino, tanquam diui tutelares, ab incolis in veneratione habentur. Episcopus ipse vtriusque potestatis tam secularis, quam spiritualis ius habet, estque imperij Princeps, Archiepiscopum Saltzburgensem. Metropolitanum agnoscens. Habuit autem ea Ecclesia episcopos viros valde insignes, inter quos Popo euectus ad summum Pontificatum Damasus secundus vocatus, recensetur: item Melchior à Mechau & Nicolaus Cufanus omni doctrinarum genere exultissimus, ambo Cardinales. Bernardus Clefius, Christopherus Madrutius S. R. E. similiter Cardinales amplissimi, summis apud Maximilianum I. & Carolum V. diuos Cæsares, grauissimarum rerum Consiliis, & administratione perfuncti. Hanc modo dignitatem haber Ioannes Thomas, ex illustri Baronum Spauræ gentis familia, vir integerrimus, cui Deus ad rem tanti episcopatus infastrandam (quod frenue facit) multos annos concedat. Et si autem pro ratione alpinarum ciuitatum Brixina nequaquam magna sit, hoc tamien de ipsa dici potest, ipsam summorum Monarcharum & Regum, gratissimum sepe hospitium exifere. Nam cum publicæ via, qua Germania & Italia ultrò citroque per Rheticarum alpium angustias adeuntur, iuncta sit: summi sepe Principes cō diuertunt, qui tamen omnes ab illustrissimo & Reuerendissimo Praefule Brixineni, omnibus humanitatis officiis, gratuitisq; vel maxime sumptuosa hospitalitatis mensis, excipiuntur.


L A V B I N G A.

LAVBINGA, antiquum Bauariae Ducum in Suevia ad Danubium oppidum, quantum non modò ex ipsa aedificiorum forma, sed & ex multis Romanorum inscriptionib. quia integræ, quadam etiam mutata ibidem conspicuntur, intelligi potest. Quarumhic quasdam, antiquitatum amantibus, subiungam.

D.
P R E N C I V S A. V. E. III. L E G.
C I V E S B R I V I N E S
V I X I T A N N I S L X X.
M O N I M E N T U M F E C I T.
Ibidem.
D E O M E R C U R I O S I N G
E X V O T O I V L. G A L L I C V S.
E T A V R. S I B V L L A P. L. I.
Ibidem.
A P P O L L I N I C R A N N O
M. V L P I V S S E C V N D V S
T. L E G. III. I T A L.
C V M S I N G N O A R G E N T E O
V. S. L. L. M.

Patria est Alberti Magni, ex nobili Solstettiorum oriundi familia, ex cuius natalitia domo, elegans est constructa Ecclesia, & in turri ab incolis ereta illi statua. Theologus fuit & Philosophus præcellens, ordinis Dominicanorum Episcopus deinde Ratipponensis, editis operibus clarus, propter doctrinam & subtilem eruditioem, Magnus cognominatus. Cuius in philosophia doctrinam in Vniuersitate Colonienf. Laurentiani Gymnasij alumni sequuntur, sicut Gymnasium Montanum S. Thomæ Aquinatis magi, nisi istius Alberti discipuli, vnde vulgo, hos quidem Thomistas, illos Albertistos, adpellitant.






S E R A V A L L U M.

NARCHIA Taruifina pernobilis, & lauta Italia Regio, ditissimis oppidis Urbibusq; splen- didissimis nitens, Serauallum etiam, celebrem armorum bellicorum officinam, panno- rumque, vim ac frumenti negotiacione inclytum emporium, exhibet. Situ tam amoenissimo nobili prestans, vt incolae, loci amoenitate capti, vsque adeo diuersis temporibus acre- uerint, vt ter necessè fuerit moenia dilatare, qua nunc bis mille & quingentorum palliuum spatiū complectuntur. Qua parte ad Septentrionem spectat, perpetuos habet montes, per quos Germani Serauallum, emporium illis gratissimum, frequentant. Vina enim hic inueniunt & emunt optima, suasq; merces permutant, equos, boues, fila, metallia, &c. A duabus verò partibus, qua in meridiem Venetas versus, quaque in Orientem tendit, latissimam habet planicem, elegantissimis collibus distinctam, vnde non solum vina, sed & frumenta vberrimè colliguntur, non tantum ad incolarum usum, sed ad subleuandas etiā necessitates Alpen- sium, hominum, qui in Cadubrii iugis & in Tyrolensis comitatus parte, duram vitam, aut metallis fodiendis, aut lignis secandis, tolerant. Ad occidentem, colles etiam habet vineas & oliuetis ornatos. Omnibus autem ex partibus, pascua pinguis, tam in campus, quam in montis verrice, frequentesq; lacus ac sylvas, vt nec venationes, nec pescationes, nec aucupia iucundissima, desint. Illud verò in huius oppidi situ memorabile, quod, qua parte plau- nices est, nullo sit expositum vento, qua autem montibus accliue, perpetuus, quasi ventos, fentiat, ita, vt natum sit hinc verustum apud Italos prouerbi, Perda chi vvol, che saraual, ha vento. Hic autem permeans ventus, sa- nitati conseruanda conductit, aërem quippe purgat, vt ab hominum memoria auditum non fuerit, Serauallum, vel pestem, vel contagiosi morbi luem, noxiām fuisse. Hoc igitur oppidum in ea Regione Taruifina Marchia si- tum, qua in foro Iulieni patria, olim censebatur in diœcesi Cenetenfis, eos montes claudit, quos antiquitas Opi- terginos vocabat, nunc Christiana religio, pia nomina dedit S. Augusta & S. Anthoni, quibus sanctis, illis in montibus templa posita sunt. Et quidem Augusta virginis ac martyri, valde celebre, cuius ossa ibi posita, vene- rantur proximi & exteri, peregrinationesque suscipiunt, & votivas tabulas ponunt. Calendis Augusti, frequen- tissimus populi ad eam Basilicam concursus, quando & celebres sunt oppidi nundinae. In iisdem montibus ar- ces sunt antiquissimæ, quarum tamen vestigia non adeo diruta sunt, quin declarent, magnos ibi Principes pre- sidium sibi tutissimum & habitationem valde commodam collocaſe. Ex quibus celebratur adhuc Matriacus Fo- roliensis Rex, D. Augusta pater rebus gestis clarus, nisi mors filiæ, ob Christianam fidem illata, omnes ipsius laudes denigrat. Oppidum, vñ cum aliis finitimi, Imperatorum donatione ad Ecclesiam Cenetensem perti- nebat. Sedes deinde fuit Regulorum Caminenium: (quæ familia tunc computabatur inter quinque totius Ita- liae nobiliores:) ex quo loco vicinis populis, qui sub eorum imperio erant, iura dabant. Ricardusque, qui ex ea fa- milia ultimus fuit, in eodem oppido quiescit, in Monasterio D. Justinæ, marmoreo sepulcro, valde illustri, quod quatuor eius aulae primates, iusta corporis & vultus imitatione, sustentant, & latera, historiis eodem marmore diligenter sculptis, ornantur. In summa autem parte marmoreum cadaver iacet, stantque ad singulos angulos quatuor Episcopi, & vxor ploranti similis. Nunc Veneri oppidum possident, molli quidem imperio & suau. Nam sénatorem mittunt cum pretorea potestate, qui iustitiam administrat, & vesticalia curat. Reliquum, quod est publici regiminis, apud illas familias manet, ad quas antiquitatis & nobilitatis priuilegio, pertinebat, immi- nuto tamē iure, sic exigentibus publicis rationibus, quibus priuata commoda cedere aqua est. Illæ familiæ xiiii, iam sunt, aut x. v. eligunturque ex iisdem xxv. viri, quibus tota Reipub. administratio incumbit. Illa Seraualli pars, quæ in montibus est, rarioribus ædificiis conspicua est, in reliquo corpore, frequentia sunt & splendida. Medium interfluit Mesulus, limpidissimus amnis & piscofus, truttas, lupos, captones, anguilas, cancros suppeditans, ab Italiciis Latiniisque poetis celebratus, duobusque lapideis pontibus confatur. Populus religioni deditus, ingenioque ac industria impiger, & ad magnas res aptus, nisi ciuitates similitates, quas truculenter exercet, animos ab honestioribus studiis plerumque alienaret. Sunt tamen, fueruntque omni tempore viri, doctrina, omnique virtute clari. Nam genitilis illa patria, vt antiquos omitamus, M. Antonium Flaminium, Andream Minutum, Archiepiscopum Iadrensem, omnibus scientis, summaq; prudencia præditum. Minutum etiam de Minutis, Hieronymi Minutij filium, Protonotarium Apostolicum, SS. Apostolorum & B. Mariae ad Gradus Coloniz Praepofitum, qui etiam natale solum, virtute, doctrina, & prudentia singulari uitatum, quem amplissimas legationes apud Pontificem, apud Hispaniarum Regem, apud Germanic Princeps subire, & secundò grauissima Gregorij xiiii. negotia, magna cum laude gloria cu- rantem, anno m. d. l. xxxiiii. Coloniz Agrippinæ vidimus, & amplissima, ab eius loci Senatu, oblatâ munera, delatosque respuen- tem honores, admirati sumus. Inde Romanis reuertens, in Hispaniam ad Regem catholicum destinatur legatus. Qua quidem legatio- ne magnificè gesta, nunc Monachij, in elegantissima Bauaria, vrbē domicilium fixit, & serenissimi ac Reuerendissimi D. Ernelli Ar- chiepiscopi Coloniensi, & intimus: Nec non serenissimi Domini Guilielmi, vtriusque Bauariae Ducis, primarius & consiliarius. Edi- dit insuper Serauallum Ioannem Plazzonum, Philosophum ac Poetam insignem, qui erudita opera scripsit, quæ tamen publicis literarum monumentis tradita non sunt, vt Epistolas familiares, perelegantia de Agricultura, aliisque argumentis, poemata. Habuit etiam semper, habetq; nunc lareconfutos clarissimos, quorum opera Veneti, variis in magistratibus sapè vntunt, & vicini populi grauioribus in causis consilium ab illis querunt & patrociniū. Ceterum gens suapte natura armis potius dedita quam literis, nec mi- rum, cum in tota Europa nullus locus sit, vbi arma parentur, quæ magis excellant occulta quadam. Mesulus aquæ vi. Itaq; Serauallen- ses gladij magno cum queſtu, non per Italianum solum, sed in Germaniam, in Galliam, inq; ultimos Britannos perforuntur. Ac degunt Serauallii exteri Mercatores, qui fabros magnis sibi stipendiis deuincunt, solum, ne operam suam alii locent. Serauallenſes etiam ac- naces, apud Ilyricos & Turcas magno in præcio habentur, illamq; gladiorum famam Serauallenſes olim, fortis non minus quam faceto dicto, vſurparunt, contra Ezellinum, qui capta Feltria, & Bellonensi ciuitate, oppidanos exemplo illo ad deditionem sollicitabat. Illi verò responderunt, loca ab ipso capta, syluestris pira gignere. Serauallum autem enses, quorum aciem in se fuorumq; viscerá exper- turus sit, si accedat, succelusq; audacia verba subfequutus est. Nam Ezellinus his repulsius magna fuorum strage, tandem aufugere co- actus fuit. Serauallenſes fidem ac fortitudinem laudat Sabellicus, loci pulcritudinē & amicitatem Leander, & alij paſſim cōmentant.

Sunt in Marchia Taruifina alia etiam oppida insignia. Optergium, antiquitatem & Episcopali sede, iam Ceneta translatæ, clau- rum. Coneglanum, Germanis, ob vini præstantiam, notum. Aſula, vetustate ac agri amoenitate noble. Baffianum, cuius mulierculæ ob præstantissimi fili biſſici trahendi peritiam commendantur. Citadella, Portus Buffoletus, Motta, &c.






VINCENTIA.

VINCENTIA, ampla & magnifica Marchię Taruissine vrbis, sita iuxta radices collis, duobus amnibus diuisa, de cuius origine, non multa nec singularia historiarum monumenta perhibent, preter quām apud Paliariū. Qui in Commentariis refert, aliquos tradidit. Vicentiam, hunc locum dicitum, ob gentis incole victoriam, cæsis hostibus, aut, à centum vicis, qui prius hic extiteré, quorum habitatores unum in locum collecti, ciuitatem hanc primum effecerint. Ita Paliarius. At, quia nullum auctorem certum profert, ad dent his, vel dement fidem, legentes. Vicentiam Tacitus memorat, item, Antoninus in Itinerario, Plinius insuper & Ptolemaeus in Veneria, Trogus, à Gallis conditam scripsit, cum Verona, Mediolano, ac aliis vrbibus. Leander autem primos eius auctores Thuscus existimat, his vero eiectis, à Gallis instauraram, vel auctam. Nonnulli, Veicetiam dicendam, contendere, marmoris cuiusdam argumento, in quo hac inscriptio sit repta:

SEX. ATTILIUS M. F. SERANVS PROCONS EX SENATI
CONSVLTO INTER AETESTINOS ET VEICETINOS
FINES TERMINOSQUE STATVI IVSSIT.

Ita Barbarus, in Plinianis castigationibus refert, addens, eum sua memoria lapidem inuentum. Alia tamen hæc res auctoritate non confit, neque quicquam luculentus scriptor, Veicetiam, sed omnes conflat, Vicentiam, nec etiam, ut nunc vulgus indoctum, Vincentiam, dixeré. Est autem ad dicta per optimè, ac splendidi operibus ornata, inter quæ, Prætorium fori magnificentissimum, cenobiumq[ue] D. Coronæ sodalium Prædicatorum, in cuius fano sacratissima spina conservatur, ex corona Seruatoris Christi, quam hoc ex Gallia Bartholomæus Vicentius vrbis Episcopus, ex ordine Prædicatorum, attulit, cui ab D. Ludouico Francie Rege fuerat donata. Colunt: hanc spinam Vicentini precipue, desertum que quotannis per vrbem, cum maximis honoribus. Cenobium hoc etiam pernabile habet bibliothecam. Porro, aquis Vicentia bene instruta est, duobus enim annibus nauigabilibus dividitur, non tamen aequalibus partibus, Bachilione nimurum & Rerone, qui ex vicinis montibus in ipsa vrbe Bachiloni iungitur. Aeliano, Eretenuis, in animalium historia dicitus, quem optimas Italique anguillæ habere, perhibet. Bachilio quoque, Tellinam amnem excipit, ita Plinio dicitum. Abundat vrbis hæc, maxima rerum omnium ad vitam utilium copia, propter summam agri amoenissimi vberatem, qui frumenti, vini, ceterarumque frugum maximè fertiles est. Tanta cum in ipsa vrbe, tum in agro, mororum arborum, quarum fronde bombyces aluntur, frequenter est, vt summam habeant admirationem. Roma ferunt alba, quamobrem hoc sericum non ita est robustum, illud, quod vermes generè, foliis earum arborum nutriti, quæ mora nigra producent. Vberissimum hinc quæstum Vicentini faciunt. Gens, ingenii viuidis, fiduciaeque magna, promptissimi ad literas, militiam, mercaturam; lauti admodum viuent, honesteque vestimenta, ac perpetuo rite defundant. Ciuitas hæc, ex illis xii. Hetruscorum cis Appenninum, una est, quam puluis deinde Thuscis, Galli habuere. Galli a populo Romano domitis, in eis ex in fide, perpetuò stetit, vñq[ue] ad Attile tempora, vaftatam enim & direptam ab illo, Paulus Diaconus perhibet. Post hæc, in Gothorum itemq[ue] Longobardorum potestate fuit, vt ex eodem auctore discitur. Deuictis autem Longobardis, captoq[ue] illorum Rege Desiderio, Caroli Magni bello, Vicentia sub imperio Romani nomine manif. Regibus parens, quos Carolus Italiz præficebat. Hac conditione fuit vñq[ue] ad Berengarios, cæterosq[ue] tyrannos, qui Italique Regum nomen vñparunt, illici paruit, donec imperium Romanum vindicauere Germani. Sub his, cæterarum Italique ciuitatum exemplo, in iure suo liberè (Romani scilicet imperij nomen præ se ferens) ager copit, carrogio fabricato, creatiq[ue] sibi Antianis & Prætoribus anhuius, federaq[ue] cum aliis populis, vt serebant tempora, fieri. Ea Reipub. forma duravit vñq[ue] ad Fredericum II. qui fraude vrbem ingressus, anno M. C. xxxvi. eam direptam, incendio cremauit. Deinde, variam fortunę aleam subiit, vñq[ue] ad annum M. D. ix. quio Veneti ea potiti sunt, cæsis eorum ab Ludouico XII. Francie Rege copiis. Vicentini, quoniam defendendi sui, contra Veneti nominis hostes, nulla ratio supererat, Maximiliano Casari se dedidere. Maximis autem ex in usque ad M. D. xvi. à C. N. annum, calamitatibus vexati sunt. Nam, quia non satis munita erat vrbis, nunc à Venetis, nunc vicissim ab Hispanis capiebatur, vt modò Venetorum imperium, modò Maximiliani Augusti, tanquam per ludum, sumeret, ponerecetq[ue]. Quanquam autem interea perspèctum h[ab]i discriminè esset, ne cremaretur quæ funditus, numinis tam en diuini benignitate supremum casum euasit. Ad extremum, Verona, Brixiaque Venetis restitute, simul in eorundem ditionem, velutad iucundam quietem, & facram ancoram, ipsa quoq[ue] confugit, móxq[ue] ad sua reuertentibus colonis, etiæ iam tum penè defecit videbatur, paulatim adeo refecta restauratq[ue] est, vt iam detrimenti habuisse non videatur quicquam. Nati hic viri illustres plurimi, quorum ortu, maximè nobilita vrbis est. Fuere ex his Aulus Cæcina Imperatoris Vitellij Legatus, & Cons. Romanus, vt è Cornelio Tacito discimus. Item DD. Fortunatus & Felix martyres, qui sub Imperatore Maximiano floruerunt Aquileia: præterea B. Ioannes, eo ordine Prædicatorum, qui concionibus ardentissimis plurimos Italique populos in veram ad Christum viam compulit, precipueq[ue] Veronenses, vt Taurillus Sarayna memorat, itemq[ue] Bononienses, vt illorum annales perhibent, & etiam in libris hominum illustrium ordinis Prædicatorum legitur, quanquam calumniis Petri Aponini, cuius impium & nefarium institutum viuendi grauiter accusabat, impetus fuit. Horum numero accidunt B. Isidorus, ex eadem sodalitate, cuius etiam in libris hominum illustrium Dominicanus ordinis sancta vita legitur, & Bartholomæus item monachus prædicator, vrbisq[ue] sue Antilles, vir bonus, doctus ac dexter, cui sacratissima corona Seruatoris spina donata est. Tulit insuper Vicentia Palemonem, hominem doctum, vt Eusebius tellatur, Antonium Luscum, oratorem summum, elegantemq[ue] poëtam: Matthæum Bisbarium oratoria quoque ac poëtica facultate præditum, Vicentium Colcaum, ex ordine Prædicatorum eximium philosophum ac theologum, omnibus Italique Gymnasijs celebrem, qui nuper anno à C. N. M. D. xxxii. Bononiæ fato concessit, vbi diu philosophicas theologicasque disciplinas erat professus. Hieronymum Plegastam, ex eadem familia monachum, oratorem & poëtam precipiūm vti scriptorum monumentis est testatus: qui M. D. xlii. post C. N. anno Vicentia fato concessit, magno fui, apud posteros desiderio relicto. Ioannes Georgius Tristinus, græcis latinesque literis ornatus, orator facundus & elegans, non solum latino, sed etiam vernacula carmine poeta, quemadmodum lucubrationes eius docent, vir humanitate ac manuetudine singulari. Multas Vicentia nobiles & antiquas familias habet, vt referat Baptista Paliarius. Scriptis is, ab initio Vicentie patriæ vñq[ue] ad sua tempora, libros sex, primum, de origine vrbis & imperio, præterea, de fide ciuium, de amplitudine vrbis, de agri eius fertilitate, de viris illustribus, de familiis claris, quæ periære ac nobilitate præsentum, libros singulos, quos omnes Arnardus, Vicentinus, patriæ studio ac honore ductus, è vernaculis fecit latinos. Multa præterea de hac vrbe scribi merito possent, quæ nunc ob loci spatiique inopiam prætermittuntur.





ARIMINVM



RIMINVM, Plinio, Flaminix, siue Romandiolæ opp. Rimine, incolis hodie, vt Leander, & alii scribunt. Rumeñ, Germanis, vt Simlerus tradit. Cato, à comitibus Herculis conditam, ac etiam ab eo cognominatam ait: ad quem locum Annus, Ar, vel Ari cognomen esse Herculis Aegypti notat, eiusq; gentis lingua pariter, & Hebræa Aramaæque denotare leonem. Iminim verò, telle Talmudita Samuele, Diuoque Hie. ronymo in vocabulo Himenus, ipse numerat festinantes, significare. Hinc Ariminum Aramaæ esse id, quod latinè Leo, siue Hercules ipse numerans festinantes, nimirum ad expeditionem contra Tyrannos Italig. Sic Annus. Alij, nomen ab Arimino amne, quo alluit, volunt defumptum. Nonnulli, ab armario populi Romani, quod hic fu. isse dicunt, vbi à bello reuersi Duces, Rômam que redeentes, arma deponere solebant. Sed posterius hoc, omnino Leandro non placet. Siquidem, ultra Rubiconem arma relinquebantur. Strabo, Ariminum, vti, & Rauen. nam, Vmbrorum oppida fuisse quondam, simulque post, iis eictis Populi Romani Colonias effectas, scribit, quod etiam confirmat Liuius, Ariminum, quo tempore & Beneuentum, coloniam deducam perhibens. Id Ptolemai Lagi Regis Aegypti temporibus, Pub. Sempionio, Ap. Claudio, Coll. CCLXXXII. ante natum Christum, annis contigisse, auctor est Eusebius. Quidam hanc urbem, ab Octavio Augusto conditam, insigni errore, prodidere, satique declararunt, Liuium se haud vidisse, cum eo in loco, quem paulo ante retulimus, vbi Coloniæ Ariminum deducam scriptis, ducentis amplius annis ante natum Octauium, tum aliis permultis, vbi honorificam virbis mentionem facit, maximeque Ariminenses inter eas II X X. referens colonias, que bello Punico altero suis subdiis, imperium populi Romani adiutuarunt. Plurimum sanè magnis operibus ab Octa. uio exornatum Ariminum haud quaquam obscurum est: & præter cetera, pontem hic eximium, qui in hodi. enum usque diem, in amne Arimino, de quo mox dicemus, permanet: Item que arcum fecit. Vbi ipsa in plani. tie sita imminentibus à meridi coilibus amoenis, & vitium, olearum, siecum, aliarumque fructiferarum arbo. rum, quibus coniuncti sunt, vertate foecundissimis: ab exortu, & occasu, latissimi se campi pandunt admo. dum trumentari. Septentrionale latus alluit Adria. Rerum omnium ad vitam vitium copia mirifice abun. dat, ædificia complura habet memorabilia, cum primis, insignem arcum triumphalem ab Octavio Aug. fa. dum, ad portam quæ orientem, & Pisaurum spectat, his inscripti literis:

Cof. SEPTIMO Designat, Octauo M. V. celeberrimeis Italiae vicis consilio
senat. pop.

Ita hæc alij descripta habent, sed incisa sunt hoc modo:
COS. SEPTIM. Designat octauom. V. celeberrimeis Italiae vicis Consilio Senatus,
Pop. Ta. C. S. Vs. Nileis.

Dein alio loco hæc leguntur:

Imp. Cæsar Diu Iul. Fi. Augustus Pont. Max. Cof. XIII. Trib. Pot. XXVII. P. P.
Murm dedit, Curante L. Turno secundo Aproniani Præf. Vrbis F. A. C. tio
V. C. Corræt. Flam. & Piceni.

Supereft etiam pars Theatri ex latero cocto, ad mare versus, summae antiquitatis. Multe quoque paſſim vetustæ
inscriptions leguntur, vnde vrbis antiquitas adparet. Palatia insuper quædam sumptuosæ sunt, maiori ex parte
à nobili Malatellarum gente condita. Fonteque splendidissimus in foro, dulces ac nitidas prosciens aquas. Ari. minum in ditione Romanorum fuisse, quandiu illorū stetit imperium, & Exarchis etiam paruisse, dein iis sub. lati, in potestatem Longobardorum redactum, illisque item debellatis, ad Italiam Reges, deniq;, ad Imperatores
Germanos, & Malatellas, vti Casarum Vicarios deuenisse, ex historiis colligitur. Ariminū ortu ingenia illustra. uere plurima, nominant Gregorius ex fratribus Eremitanis, item Petrus & Iacob⁹ fratres Perroleonii, cum gra. cis, tum latinis literis eruditissimi. Sed & præterea, qui Ariminenses fuere Viri illustres longum hercē foret re. censere. Recentioribus temporibus inter doctos huius antiquæ vrbis famam ac auctoritatem egregie tuentes, eit Petrus Melius, vir eruditus, & curiosus. Iacent hic sacra D. Gaudentij quondam Vrbis Episcopi ossa, itemq; D. Victoris martyris, D. Innocentii Virginis, D. Theodori martyris, D. que Martina eius filia, item D. Arditiini, confessoris in Abbatia Gaudentiana. Deinceps extra Ariminum ad occidentem, pons apparat sumptuosus in Arimino amne, ab Octavio Aug. factus, Flaminiam viam Aemilia, simulq; suburbia, ciuitati iungens. Vnus hic ex quatuor pontibus ab Augusto, sumptu, artificioq; præcipuo iuxta reliquos innumerabiles, factis in Flaminia, quæ maiori ex parte silice strata, bituminæq; munita, vti etiam multis in locis apparet, vñq; ad urbem Romam ferebat. Conflat hic pons marmore quadrato tortus, arcubus quinis, supraque spondis vtrinque per pulchris, in latum ped. X V. in longum CC. continet spondarum vna, inscriptionem hanc habet:

Imp. Cæsar. Diu F. Augustus. Pontifex Max. Cos XIII. Imp. XX.
Trib. Potest. XXVII. P. P.

Aliaque pars habet.

Tib. Cæsar. Diu Augusti F. Diu Iuli N. August. Pont. Cos. IIII.


Imp. VIII. Trib. Potest. XVII. dedere.

Statim à ponte ipsa suburbia sunt, vnaque via Aemilia incipit.



RIMINI

ARIMINVM VA-
LIDVM ET MVNI
TVM ROMANDI
OLAE OPP.



BONONIA.

Omnis autem iam commemozati occidentalis Oceanii insulæ, sicut & omnes fer. Dani, tam marinis quam fluvialib' pīcib' abundant. De quibus nouus eius Patrie autor, Joannes Reldingius, sive in modum scribit: sive autem hī Cimbria tellus, omnis generis pīcib' abundat, quo: um aliquot species hic recentri libet, ut inde Dei bonitas, qui diues est in omnes, innotescat, similiq; Zona huius occidentalis commoditas, & similitudine, Notiores igitur apud nos viri quæ generis sunt, Lucius, Carpio, Cyprinus, Perca major, Perculus, sive Melanurus, Alota, Crythrinus. Praefimus, Gobio, vulgariter Quapium, anguilla, & c., cuius Latinum nomen non inuenio, Germane Nefßer, nostra lingua Sterling, Tencha, Fundulus, Salar, oculata. Item marinæ, Raia, Cácer, Tinca, Gladius, saellus mollis, Silia maior, & minor, Lingulaca, Rhombus, halie, paſſer, concha, omnis generis, acipenser, aliter Sturio, prægrandiores etiam beluz, Lutra, canicula, balena, & id genus plura.

Sunt in eodem hoc mari, Orcades, Farre, Islandia, Regis Danie Insulae, de quibus in Noruegia descriptione dicendi locus erit.

INSVLAE A PROMONTORIO SCAGEN AD ORIENTALEM Lutiz latus Fimbriam vique.

S C A G E N, promontorium Cimbricum, nautis notissimum, in Boream longe excurrit, ignem perpetuum, nautis collucet, Regis Danie sumptibus, sive. Infra Scagen, tribus, & quatuor miliaribus, Austrum ut aliquo sunt parux, & incolae Insulae, quas propter Syres propinquas, nauti procul vitare solent.

P I C K E R H O L M I A, T I R S C O L M I A, H E R T Z H O L M I A, R O M, Insulae sunt exiguae, ad ortum, VVestis peninsula vicina.

H E L M E S, Insula rotunda, & alta, Hara vñica circumiri potest, aliquot regias equas alit, ibidemque crescit allii syluefrē, & frutet habet brevia querencia, vnde fasces, igni conciatio, fuendoj; idonei. Tres hic nobilium sedes fuerunt, quas Rex Christophorus eius nominis ultimus in fidem redactas solo ad aquarū. Hinc recta in mare Balticum nauigia tendunt.

L E S S O Z, ad Austro subfolianum tribus ab Hertzhomia, ad ortum autem quatuor miliaribus à Schebu Vico Vvestis distat. Insula est trium miliarium, tres habet Parochias, & stylas, turri, tamq; Ecclesiæ, quanae naucleri ad euitandum pericula, obseruat. Est etiam in eadem hac Insula ad ortum, exiguus portus, & Incōle huius insulae parent Capitulo VViburgens.

Ad hoc lutis latu post Leffoe Insulam, obvius est maxime caputatis, & altitudinis finus, Limforde, qui Vvestis peninsulā a lute dissipat, & ad occidentale, sive Britanicum mare, se extēdit, à quo exigua continentis portione separatur. Tam latus autem pādit anfractibus, ut aliquot insignes Insulas bene cultas, ambitu suo contineat. Nam tribus ab Alburgio miliaribus ad occasum Insula iacet, Monasterio Claragbi & ad ortum, O T O N I A est, cuius Cranzius incinit, lib. 14. cap. 19. in sua Dania. Nunc autem hæc exdem T I R S C O L M I A dicitur, quod nomen Tiram Heraldi Regis matrem indidisse ratio cinor, & post discessum ex Iutia Imperatoris Octonis, omnem a Scleuico regionem Septentrionem versus, vallo muniri curauit. Extat die in ea Insula pagus, qui Odibj dicitur, quo in loco Iutio Imperatorē superaret creditur. In hoc etiam finu, M O R S O R est, quatuor miliarium insula, in cuius littore Orientali oppidū est Nicoping, ex quo in prouinciam Peninsularem Hallingiam traiectur.

Defecendo ex finu Limforde, obvium est, promontorium Hafens, cui vicinz sunt Insulae aliquot, H E L M E S, de qua iam ante dictum est.

T I R A, ab Arhusa Iutia, abest miliaribus tribus, miliaris, & Parochia est vñus, ibi & K I T T O L M I A, cum I O R D H O L M I A. Ibi in ipsi fauces suis Horfensberg resaliz sunt, A L R O E, G E R N O E, VVors. Est & Endola, miliare longa medium lata, vnam Parochiale Ecclesiæ, & stylas habet.

S A M P S E duorum miliarium iusti miliariis magnitudine, ex luteo opposito sita, frumentorum ferax, & amoenæ, quinque Parochialibus Ecclesijs, & multis decorata Pagis, cum vno Cœnobio. Dor otherz Chriſteri, tertii Regis Coniugis, vnu frumentarū poffitione, post Randesheimum, conceffia.

Inter Sampse & T V N, ordinarius est nautarum cursus in Norvegiā tenduntur. Fuerunt olim in hoc insulatres Arces: VViborg, Bratenborg & Haldt, que iam ante multos annos vntus collapsa sunt.

A R C O S, in aditu Sleuicensis Ducatus sita, vbi in Fioniam per Arcensem, sive Ottensem finum, ad oppidum Arcens, traiicitur. Quatuor est distincta habitata pagis.

A R Z O E, in aditu Sleuicensi, miliare vnicum, rotundo quatuor situ continet, stylus est in fructu, & proinde venationem, præfertim leporum præberet.

S V N D E R V I D, Insula Alcen vicina, duas Parochiae Ecclesijs, & Ducalem exhibet arcam, Sandperg, nūcupatam.

A R T a sequimari ab Elisia distans, stylus conuicta, & proinde gratos venatoribus præberet recessus, tres habet Parochias, & aliquo nobilium curias, cum oppido, & aree Kopig. Cum Elia, ad Ducatum Sleuicensem spectat, Duciique Ioanni pareat.

E L I S I A, sive Alcen, mediocris magnitudinis inflata, nam quatuor miliaria in longum, duo in latum complexa, non magno interruo à Ducatu Sleuicensi separata, marinū recessum, ac finu Hensbargensem. Die Hensbarger Wic & respiciens, à primis Anglorum sedibus eodem finu differminatur. Monet me Ranziouianum Museum, Romanos, insulares hofce Elisos nūcupasse. Quidammodum & eos, qui proximam colunt Insulam, Arios. Quam candem hoc tempore appellationem retinet. Ptolomaeus perhibet, Anglos antiquissimos esse terrarum Septentrionis, ad Oceanū incolas. Quibus Tacitus coniungit Elisos, Arios, & Monimos. Quorum iam quoque nomina, in locis, in vnu sunt, Alcen, Arr, Moen, Oppidum in Alcen, sive Elisa est, Sunderburgum, & ciuidem nomini Castrum, cum aliis Norborch, Osterholm, Die Holle, Gammelgard. Parochias habet populus decem, & tres, vnde aliquot armatorum milia subito dare potest. Saltuosa est, quare ceterorum & varij generis ferarum

Venatio-

I N D E X.

venationem præbet. Quemadmodum & marinos, dulciumque aquarum pisces, atque filiginem. Et quia paſsim compafeua, rei pecuniaris ſouenda, idonea.

F I M B R I A, Cimbricus nominis vestigium, vnicat tantum littera immutata, refert, vnde quibusdam, Cimbria parva, dicitur. Ex oppido Lubeck, sita, (Ita enim Christianus Ciliacus, eius diſtantiam, fatis, vti apparet, remotam, aſſignat:) pifatu, & grata fertilitate famosa, cum vix illa fit in tota insula terra gleba, que adificij occupata non eſt, quin filiginem, & maximè quidem triticum copioſe prouenit producat, quod in Hispaniam ob grani præfatiā, auehitur. Quatuor eſt diſtincta Parochij, Nimirum, Landekirche, Burgh, Petersdorff, & Badendorff, Quin & eleganti decoratu opidulo Burgh, & breui inde patro Arce, Glambecen ſi, cuius muri tancum ſuperſunt. Quam Adulphus Dux, ad cuius iurisdictionem pertinet, restaurare nitiuitur. Incolis in hac Insula multi.

QVAE INTER ZELANDIAM FIO- N E A M ET S C A N I A M S Y N T S I T A E.

**F A R E, M A S S O I S P R O E , D V R H O L M , F A N-
N E , A S S E , V V E D D E R E , F E E , R O E , L I N D -
H O L M , O E M , A G G E R S , E C K H O L M , T O R O E ,
C I O E , S T R Y N E , A R N A C , M V N C O E , L V O E .**
Ex omnes fructum Graneſund, hinc inde paſsim occupat.

T A S S I N G A, inter multas alias insulas, prope oppidum Fionis, Suineburgum, precipua, maliare in longitudine habens, in qua, præter aliquod parochias, curia eft Kettorp, ad Rosenkraſios, & Ranzouios, ſpectans. Ex hac insula, ab oppido Alſens, in Iutiam duo ſun miliaria, ex Niiburg; in Zelandiam quatuor miliaria, per mare Balticum traiecius, alioqui admodum periculosis, præterea mari procelloſis exigitur. Nam cum Orientalis pelagi vnda, ex tot fluminibus inquiet illabentibꝫ aucta, inter tam multas insulas extum quarens, in modum corruſis, veſiculismo curu prætrudat, facile cōcigit, ut ventis à diuerſa parte obluſtantibus, fluctus in immensum attollatur. Naufragia vndarum ambiguis vorticibus, periculose impliceantur, vnde multi in hoc traieciū abſorbi feruntur, anno M. C. LXX. Episcopus Sleſuſenſis, in traieciū huius ſreti cum magno ſeruum familiaris numero, peripit, qui longo tempore poll repertus, in monaſterio foreni, in Zelandia ſepultus eft. Anno M. D. XIIII. Sereniss. Daniꝫ Rex Ioannes, vix menſem ante obitū, prefectorum in Iutia, incolis eius diſendi, & controverſiam dirimendi cauſa, cum Balticum mare traiceret, tempeſtate ſubīo exorta, cum Regia nauis variè luſtantibus inter se ventis, aequo fluctibus, quaſa eſt, in tanto fuit diſcretione, ut cum ad oppidum Niiburg apulifer, ac defenſifere que de naui in pontem, conuertus ad mare, veluti morteni ſuam praſagias, dixerit: Vale Balticum, vale, eā in nos hodie ſauitum exercuſiſ, ut per te tranſitum nobis patere pothac te nolle oſtenderis. Iti omnes naues commodiſime, inter Scaniam, Zelandiamque, per fretum, den Sund, nauigare ſoleant, tamen frequenter accidi, ut nauigia minora, quibus minus periculi eſt, ab insulis, locis vadoſis, ex Holſatia, Lubecca, alijsque viciniſ Regionibus ſoluent, per hoc Balticum mare nauigationes suas inſtituant, ita tamē, vt in oppido Nyburgh, conuicta ligalia, loquere cogantur.

L A N G E L A N D I A, ſeprem miliaria in longum extensa, oppidū habet Rutkoeping, & Regiam Arcem probē munitam, Trancker, ac preter complures pagos, parochias XVI, & quadram nobilium prædia.

L A L A N D I A freco Groneſund ā Zelandia, & exiguo traieciā ā Falſtria ſeparata, frumentorum admodum ferax, in qua prater multos viſos, & Parochias, quatuor oppida ſunt. Arces etiam, & aliquot nobilium Curia.

F A L S T R I A, miliaria quatuor longa, multas parochias, opida duo regiſtare arces, Nikeping, & Stubbekeping, complectit. Ex hac Inſula iuxta Regis preſidio, frequens in Germaniā traiecius, qui ſeprem eſt miliarium ad VVarnemundam, plurimum frumenti anno prouentus viciniſ locis ſupeditat.

M O S N A , Zelandia, quia ſini ſota, & comprehenſa pagos, & parochias complures habet, & oppidum Stekoſ, cum Regia Elmeland, altissimos in ſuper montes, ex quibus creta effoditum.

S O L D H O L M I A, Inſula Amac, ad ortum oppoſita, prouendo ſueno eft definata, cum virienti gramine ſit tota veltita.

A M A C, ſiu Amaggas, miliaria cum dimidio longa, ſed non æquæ lata, fertilitate, & leporū mirabilis copia celebris, inſignis portus oportunitatem, Hafnia Danicæ metropoli præbet. Pagos habet diuerſos, & melius præ ceteris cultos, quorū incolæ Germani, exceptis duobꝫ, Arci proximis, Elizabet Philip. Regis Hispaniarum ſilia, ſoror Caroli V, Imperatoris, cum circa annū M. D. XIV. Regi Christiano ſecundo nupſit, precibus a marito

Rege obtinuit, ut ex Belgio, aliquot Coloni, in hanc Insulam deducerentur, qui eligantibus eam hortis, pro gēns conſuetudine colunt, ex quibus eum fructibus, oleribusque ſuis, Hafnia forum quotidie exornat. Sed de hac Inſula, in peculiari Hafnia descriptione plura.

H V A E N A Y, Nobilissimi viri Tychoſis Brahe, Domini de Knudſtrup, Astrologicis, omniumque disciplinarum liberalium ſtudij, & Vraniburgio arce, ab eo, Serenissimi Regis Daniꝫ & Frederici ſeundi decreto, Astronomiæ inſtaurandæ gratia, adificata valde famosa.

QVAE S C A N I A M B L E C K I N - G I A M , H A L L A N D I A M E T Suetiam refpicunt.

I N H O L L A N D I C o l l o r e , complures ſunt Inſulae, ac Scopuli ſine nomine, quorum ſerices ſe late circa Norvegicæ lit tora, & promotorio extendit, ibi A N H O L T, ibi Nidingia.

A N N O L T, Inſula, quam tres occupant Eccleſia, duas in mare extendit rupeſ, quazrum altera vniuſ ferò miliaris, nautis admodum noxia, vnde ortum cō loci prouerbium.

Leſſor Nidingb vnd Anholde/

Macan/ dat manninghe ſedeman ne wiedt olda.

N I D I N G I A, Nidingb ab Anholde octo miliaribus ſepara ta, rupeſ eft oblonga, qua miliaris pars, ſaxa quazdam ciminent, quazdam ſub aquis latitant.

L A D O S , & H A N N O E D U Z i nſula, in Oceano orientali haud procul à Scania littore ſita, eleganti ſtructura tunc inſignes. Viterius in eodem hec mare procedente, Bornholmia, Gotlandia, Oſel, Mohneme occurruunt: Quarum Tacitus, ex ſententia Ranzouij, meminile videtur, cum inquit: Non dum ſatis cognitis Populo Romano interioribus Oceani terris, Gothinoſ, id eft, Gotlandia, Oſios, id eft Oſel, Burios, id eft Bornholmia, &c.

O R N H O L M I A, quinque miliaribus à littore Australi remota, præter multos pagos, aliquot Eccleſias haberet, & arcem Santwick, ſeptem miliaria in longitudine colligat, eis vniuerſe rediutis, ob pacto olim cum Frederico primo inita, Lubeckenſis aliquoannis colleguerunt: fed nunc, anē annos decem, Dania refituta. Hinc ad ortum, miliaribus quadraginta, ſita eft Gotlandia.

G O T L A N D I A, apinifera, in longitudine habens XXIV, miliaria, olim Regno Sueciæ, iam verò, à tempore Regis VVoldi mari vrimi, Coronæ Danicæ ſubiecta. Fuit in hac inſula antiquissimum emporium VVibſu, oppidum elegans, ſed nunc translatā ad vrbes mercatura, viris opibusque attenuatum eft. Magnitudinis veteris ſtructure, & priorum fortunam, rudera, foræ, & ſcenaria ferreſ offendit. Multas parochias, pluresque pagos, & iuxta VVibſu, arcem munitionisman habet. Iuxta quam, anno ſalutis 1566, circa diem S. Iacobii, cum Danica clavis statua habet, equisima ingruente tēpitate, ita dificit eft, vt vndeclim Danicæ naues, & Praetoria Lubeckenſum, cum duabus alijs illa ſi littore omnino confracta, perierint. In quibus multi viri nobiles, & Bartholomæus Tinappel, conful Lubeckenſis, cum alia militari, & dantica turba, ad leprem milia, milferē perierunt. Quorum cadavera fluctibus, paulo poft ad littera aduencta, in VVibſu, viciniisque locis ſunt ſepulta. Hec Inſula, præter frumenta, cafeos, bacyrum, varijsque pelleſ, quas emittit abietes etiam proceras, quarum frequenter ibi ſylva, ac proimido mala naibis, lapides, ad ſtructuras vtileſ, necnon calcem, copioſe emitit.

O S B L , longitudine miliaria quatuordecim, latitudine ſtrem adaequat. Quondam collegiata Canonicoſ ſocietas totam poſſedit, ſalvo ramen ſure, quod Danicæ Regi, tum ſemper compebat. Nunc, tota corona Danica incorporata, vbi Caſtrum Arensburgh, cum Regis praefilio, Incolz, ad quartuor milia cenſentur. Inter quos nobiles, XXX, octo parochialibꝫ eft diſtincta Eccleſias, quarum nomina, Schworne, Pia, Kargel, Kargis, VVold, Kormel, Kilkan, Lubecka centum, Hafnia, oclunginta. A Liuo XI, miliaribus diſtat.

M O H N E M , inter Liuoniam, & Oſel Inſulam, à qua ſequimur diſtat, duobꝫ eft longa, & lata miliaria rotidem. Primum, maior, eft eiusdem nominis alia, quam ſupra recenterimus, atque hinc illas Inſulare. Manimōs eft Taciti, multi existimant.

Sed hoc coronidis loco adiiciendum prius eſſe duxi, quod Incolz harum Regionum Septentrionalium fuerint, & adhuc ſint frigidis & ſiccis, proceræ ſtatura, facie pulchra, boni coloris, incundi, lati, ſupicioſi, callidi, ac in negotiis prouidi. ſani, ſuperbi, amantes ſuorum, mulcum comedant ac bibant, bene conquant, ideoq; diu ſuant, ſanguine abundant, mores ſeruos habent, & propter cordis calorem, ſin pugnaces & riſos, amant pericula, venationes & peregrinationes, ſuorum opinionum ſint defenores, nihilominus iuſtiſe memores, in omnibus linguis adiſcendis ad primū dociles, mulcam amantes, & pača & contrahit, ſancte obſeruent, multos habeant liberos, & quod formi-

nziſo-

I N D E X.

ix ipsorum difficulter pariant, fintis formos, & in administratione rei familiaris tenaces & prudentes, ex Catharro autem morto regio, angina, pleuritide, fistulis, aqua intercute vel ptisi plenumque moriantur.

D o c c v m Frisic oppidum, nunc Leouardiensis dicitur in Donger della situm, loco primo dumolo excitatum, quod loci & commerciorum commoditate inelegans, deinde oppidu excreuit. Amnum habet ex portu maris Schelbach, qui in Oceano delabitur, ipsamque Cimbricem media quasi ex parte intersecat, ad nauigationem & negotiationem accommodum. Emporium olim fuit occidentalium mercium. Pontes habet duos ligneos, quorū alter silice stratus, undinis & quorū tianis ciuium inambulationibus celebratur. Anno 1582. nouis flacrum contra Philipum Regem factionib, murorū reparatione prīcam munitioni oppidi formam, quam sub Carolo Quinto amiserat, recipit. Forum habet oblongum & amplum, priuatis ciuium & dibus, & in medio domo negotiationi dicata, ornatum. Duos habet Ecclesiastis Parochiales, in uno comiterio constitutas, ynam S. Martino, alteram S. Bonifacio sacram. Cum Xenodochio beno dotari, D. Anchonij Sacello, & magnifica S. Bonifaci Abbatia. Cues indutrii sunt, negotiatorēs callidi, & ad literarū studia idonei, quod ingenia plurima, quē hanc patriam ortu illustrarunt, non obscurē confirmant.

E.

40. E I S L E B I A, Germaniæ Saxonie in Comitatu Mansfeldensi oppidum.

41. E L B O G E N, Scaniae Danicæ oppidum.

F.

30. F L E N S B U R G V M, Celebre Holsticæ oppidum, de quo strenui ac Nobilis Viri Henrici Rantzouij Regis Danicæ Camœnæ hac Geographiz amantibus lusere.

At Fleno fructus vicini in litore ponti

Nota sat is non est cuius origo viri.

Ante suis sedes horum, qui fallere pices.

Norunt, nunc domibus flore o magnificis.

Aptior haud urbs est mutandis mereibus illa,

Pradita sum portus commoditate boni.

Arx milii per pulchra est, sunt tempia decore superba,

Regibus & Dueibus sunt data iura mibi.

Nunc me iure tenet pariter Fredericus & arcem

In Dania & Regno qui modo Sceptra gerit.

36. F R E T Y M D A N I C Y M, O R S Y N D T.

G.

34. G O U D A, Hollandiæ oppidum in ostio aluei, Goudæ, cuius nomen refert, ad flumen Ijalem situm, Leida quarto distarum mulier, copiosum, diues, lautū, populo abundans, permultas in mētis turres, nouē vero in ambitu colligit portas. Xeno dochia. Nofocomia, Orphanotrophia, & multa, nuncupata pie-tati loca, amplissimaj monasteria, ante, quam Grecis implicaretur tricis, ad admirationē exhibere solebat, quorū complura nunc, solo equa, jacent. Sextum, & ultimum in Statu ordine, occupat locū. Suburbia habuit amplissima, in quib⁹ plures, quā octingēte domus, quē nunc cū S. Oliverij Ecclesia, & leprosorio amplio, diruta. Fecunda eruditorum virorum genetrix, semper fuit, edidit enim Henrici & Ioannē scriptis illustris, quos Tritemius, in suo illuftrissim⁹ viri etiū catalogo, memorat. Item, Guillelmus, Hermannus, & Cornelius Aurelium, Hilliographos, & poetas, Hermannum Goudanum Theologum, & Iacobum poetā insignē. Et, prater hos, patrum hoc solum, ortu deco-rant, Cornelius Schoneus, quem edita poemata sua laudant, Raynerus Snoys, qui de Christiana libertate opusculum scriptit, & paraphrases in psalmos, quas Nicol' Hugon' latinitate donauit, Carmelitarum Provincialis, in Vbiiorum Metropoli Agrippina Colonia, ordinis sui cœnobio peculiare ornamentum. Et hi quidem omnes vita defuncti, celeberrimam nomini famam reliquerunt. Inde vero tempore, multorum auctor operum, Cornelius Loos Callidius Goudanus apud Megantinos inclarevit. Porro, dum in Gouda descriptione meminimus natantium glebarum, in eius oppidi foueis, promisimus de ijs, nos latius acturos in Indice. Itaque eius nunc bene memorē, existimabamus, harum occasione, non inueniamus hic disputationem cum ijs infiniti posse, qui Hollandiam, & Campensem Brabantiam, alienas esse, aduentias, & inquininas Insulas, quæ inundatione, & amphibius eo deuectæ fuerint. Nanius siquidē in libris sequuntur, eos falli existimat, qui in Barauica & Brabantia camporum planicie, sylvas fuisse, atque earum temperatibus euerterū, ea loca, seculera esse arbitrantur, ductus auctoritate quadam Plini⁹ lib. naturalis historiæ XVI cap. I. Quo loco Nanius, Plini⁹ doce-re conitetur, adhuc mā, Romanos, dum circa Bataviam agerent,

procul quasi ingentem hostium cladem vidisse, cui, dum occurserent confiduri, non in aciem hostium, sed in arbores, na cum insulis nascentes incidisse, quæ ad proxima quæ littora rapiebantur, & nihil Romanorum claves metuentes, in Bataviam apulisse. Ceterum, quia hic cum mortuis dimicare non liber, de natantium glebarum ratione, quæ in Gouda foueis, quandoque conspicuntur, & ad hanc nostram descriptionem merito pertinent, pauca. Meminit quidem Plini⁹ lib. 2. cap. 97. hincane Insularum, quæ nunquam die at nocte eodem loco visuntur, imo, non ventis solum, sed etiam contis, vel quolibet impulsu, ceu re mo nauicula, mouentur, verum, causam earum non affligunt. Nantes autem insulas, triplex inuenio, alias Symplegades, hoc est, concurrentes, ex Olao Magnō, in Mari glaciali, erra sundas. Ingentes sunt ditemptæ glaciis crux, Tertiū earum in insularum genus, Plini⁹ commemorat, lib. 2. cap. 95, quæ in lacibus natant. Quæ non alio ratione, quam ingentes terra glebas, in Gouda foueis natant exstinximus. Ratio autem, vt in ipso Hollandiæ fundo, ita in lacum etiam natura veratur, quo um vapores, cum mare à profundo glutinosa ac lentam elevent, ea, cum innata circa margines vlgine glebas ac surculis incidentibus adglatinata, aliquo tempore spatio, crescit, & in multa aqua altitudine, in natat. Rationem hanc Hollandica ignis pubulus, confirmant: Ea namque regio, bituminoso cōno, ac massa constans, atram glebam lupeditat, ex qua lutu effoditur, quod accusat, subactum, ac in aere diffusum, crassitudine palmari extenditur, & vbi pan-latum cōfitterit, palmares in telleras scinduntur, ac deinde siccus redditum, in metas attollunt, quod integrè siccat. Ita Hollandicum, ita Hollandicum agitant, & preparant lutum, sed Hollandicum excellit, quod bituminoso solo confare videatur, habens aliquando parus etiam quasdam marcidi ligni reliquias, ligna omnia superans, caloris vehementia, ignis duratio, & pruinarū ardore. Attingit illi cespites, & palmares cubi, in quibus suavit bituminis vis dominatur, allatam, natantum glebarū rationem, confirmant. In quibus, quoniam macrada radice in fila, & fibra plerunque inueniuntur, fateri nos cogunt, loca illa palustria, ly Luis olim abundasse. Vix autem credibile, quantam cespitum abundantiam Hollandiæ tam fibi, quam exteris subministret, ita, ut vedi gal tonnarum, quæ alio exportatur, ad incredibilē pe-cuniariū summū ascendat, cum tamen de singulis tonnis quartæ & vice simi brabantici lufe, i para perfoluantur. Ita Hollandiæ territoriū sumū vendunt, & cespitum forma exportant. Id, quod à centenis annis haec tenus fecerunt, ut solum sit multa, quam mare humilius. Et, quia periculum inde regioni imminebat, ne mare tandem, vniuersam aboleret, hinc, alia praxi, cespitum materiam, non de superficie sumunt, sed ex imo fundo exhaustunt, & restibus lutum pescantur, donec ad fabulosum fundum, viuam ebullientem aquam, deueniant.

H.

33. H A D E R S L E B I A, haud vulgare Slesvicensis Ducatus, oppidum, portu Fioniam, Danicæ, in Oceano orientali, insulam redditum, quæ ob foli fertilitatem, aerisque salubritatem & amoenitatem, inter præcipias Regni Danici insulas numeratur, habens circumquaque plures sibi adiacentes numero prope 37.

34. H A F N I A, sive Copēhafnia, vrbū Zelandicarum præcipua, immo totius Danicæ Metropolis, ob magnitudinē opulētis, & maximam commoditatē portus, quem & incredibilē profunditas, & obicitus insulæ Amar, nautis tutissimum facit. Est autem vallo, atq; muris munitissima, cuius incole, Regib⁹ suis semper additūs sunt habiti, & acerrimi pritilegiis suorū defensores, Hinc, anno M.D.XXIV, grauissime obsidione vltra annū pre-fisi, non ante se hosti dedere, quam extrema necessitate & fame co-gererunt. Similē deinde obsidionem anno salutis M.D.XXVI. vltra anni tempus tolerant, tanta pertinacia, ut frumenti & cibariorum penuria, coacti sint ciues, & praefidari milites, felib⁹, canibusque vesci. Cues longè diffitis & remotas negotiationes exercunt, per vniuersum orientale pelagus: Item, in Norvegia, Illandia, & Belgico, quo frumenta deportare solent. Est & hic celebris Academia, quam multis & continuis bellis collapsam, Rex Christianus tertius restaurauit, anno 1539, atq; illissimis in eam collatis redditibus. Fredericus autem secundus rekarat, maioris redditibus annuis insigniter promovit. Huic vrbī, qua mare respicit, proxime adiacet Arx Regia, crassissimis muris, te-ctis, præcelsisq; pinnaculis, adeo in sublimē fastigata, ut ex mari multis miliaribus se conspicuam reddat. Quam præternatagan tes nautæ more vetusto, sublimiora vela, Regis honorandi significatione quandam, delonginquō facta, demittere solent.

35. H A M B U R G V M, Stormariz, quæ Hollsticæ pars, quondam Metropolis, Albi fluminis, Tacito merito incliti, aliorumque fluminum propinquitate, oportuno ad negotiationem loco sita, oppidanos diuites reddit, cuius variis casus, & mag-

I N D E X.

¶ magna discrimina rerum, diversis temporibus perpetua, Musterus, ex Crantio, late describit. Goropius Becanus in sua Saxonica, miram Hamburgi nominis originem nobis persuadere conatur; Pernis, inquit, salitis, & fumo siccatis, ob excellentiam maximè frequentissimeque, nomen Ham, est attributum. At nulla gens est, quam euidem noui, apud quam carnis porcina infumata plus absumitur, quam in illa inferiore Saxonie parte, in qua Hamburgum, ubi olim celeberrimum saltamentorum, & carnis porcina fumò durax, emporium fuit. Atque hinc, omnes Saxones maritimi, & insulare, & vicini etiam populi littorales, namibus suis, quibus mare infestum plerunque habebant, commētum, & cibaria ad diuturnas nauigationes necessaria pertinebat. Quia, quod carne porcina infumata, quam hic vnde venalem hodierni portabant, maximè confidarent, locum huius mercatus, Hamburgi, nominarunt, id est, oppidum pernarum, siue petalonum, & exteriarum porci partium, sale fumoque, ad longiori usus conseruarunt. Exterum, ista fantasie Becani & nuda simplicio, nunquam Hamburgenses induerit, ut à Petafonorum mercatu, qui in Westphalia multo frequentior, nomine sibi inditum, credant. Deinde, eadem etiam nominis ratio fuerit in Hamburgi Austris, que tamen dico non potest, cuius Lazus in sua Vienna meminit, oppidum est, ad alterum lapidem à Carnuro distans, celebre fuit, verus Principum Austris sedes, Suevis potissimum cognitum, qui ibi mercede Budam transferandas in Hungariam deponebant. Sed Pernis & Petafonibus Becani relatis, vnum de Hamburgi Holzarij adiacebat. Inuenio in choro maioris Hamburgensis Ecclesie inter varia Comitum Holzarij monumenta, etiam Benedictum eius nominis quinque Romanum Pontificem ibidem sepulcum; de quo Albericus Abbas Studensis (auctor est antiquus, ex quo Crantius plurima defusum est, & ex Biblioteca Ranzoniensi, anno 1587. editus,) Adalgarus, inquit Archiepiscopus Bremensis, duxit in Comitatu suo Benedictum Papam ordinatum, sed ab Ottone Imperatore depulimus, cum ille in Hamburg custodiz mercipari præcepit. Archiepiscopus vero ipsum cum magno honore, & que ad diem obitus sui detinuit. Sepulchrum inscriptio Hamburgi sic habet: Benedictus Papa, qui de sede Apostolica per violentiam removit, & posita, cum reuo caretur, obiit Hamburgi quinto nonas Iulii, sepultus est hic.

H A N S A V R G A.

17. H A R L I N G A Occidentalis Frisia, ad fauces Australis marii, opp.

29. H E L S I N G O S V R G Y M Daniz in Scania, qua Suetia proxima, oppidum ad famosum illud fretum; Hollandis Zelandisque cum alias tum vero anno 1587. Aprili Mensis notum, quod Or Sundi indigetane. Id nomen siquidem suum propriè significat Danis, ut est maris sinus recessus. Et Danis quidem ex pars sinus illius, Dejundi, appellatur, sinus autem totus, Mare orientale. Porro freti seu angustiarum earum latitudo est vix unius maliaris germanici, quo loco qui sit Poli elevatio, ex eo a se mari potest, quod fretum hoc, quinque tantum miliaribus germanicis versus Borcam ab Haffnia distat Regni Metropoli, cuius nota est tum latitudo, tum longitudo.

Forum habet Helsingoburgum, nundinis frequentatum, in quod ruricole vicini affatim conuenient frumenti varia genera, boves, agnos, anteres & cetera id gen., atq; adeò quicquid ad vescum videatur necessarium, ita quidem, ut Helsingorenibus translatinensis, aliusque emere volentibus eadem sufficiant. Nam Helsingorenibus mercimonia eiusmodi, cum propter Altam Regiam, quæ frequenter Croneburgum commeat, tum propter holpiti, Mercatorum potissimum exoticorum, ante omnia Belgaram, Anglorum, Sucorum, quotidiana ferè frequentiam, sunt pernecessaria, & in hac ciuitate libera.

Quod ad antiquitatem attinet oppidi Helsingoburgensis, certo scribi non potest, priusne Arx extiterit, an oppidum vel simul utrumque. Illud certum inter versuiores Scaniz, imo & Danicotorius clivatis, vulgo numerari quatuor hafce; Treleoburgum Schanix, quod à tribus leonibus insigni Regni Daniz nomen indenit. Scenorum, item cum Lundia, & de quo nunc agitur Helsingoburgum, quo longè recentior est Helsingoram, vel ex Saxonie confitare videtur, qui historiæ fuit lib. XV. de Valdemaro I. loquens, & loci eius mentionem faciens, vbi nunc est Helsingora, littus tantum Sialandiz nominat, quod ab Helsingo oppido vocabulum tenet. Hæc enim sunt Saxonis verba. Qui Paulus ante in eodem lib. paucis interiectis, per Helsingum oppidum, quod idem sic nominat, Helsingoburgum, solummodo intelligit. Quid autem opus littus dicere, si e o tum tempore, vel arx ibi fuit vel oppidum.

6. H E S D I N V M nouum, vulgo Hesdin fort, nomen habet à Sabaudia Duce, comparatione Hesdinum veteris, ex cuius ruinis constructum est, vetus autem Hesdinum sicutum erat in ripa flumis Canche, quatuor miliaribus distans ab oppido S. Pauli, eratque in signe castro, benè munito, & iurisdictionem habe-

bat latit ampliā: pagos, sylvas, possessiones & vias regias circāiacentes, ex quo verò tam salubri fruebatur, ut eo animi gratia, tanquam ad seculum Principes Flandriæ & Artesis Comites ieciderent. Verum, quia Castrum non erat exstructum, ad præsentis temporis formam, non poterat maioribus tormentis resistere, ita, ut super preda fuerit fortioribus. Itaque accidit 1535. ducentæ exercitum Emanuele Philiberto Sabaudij Duce, ut magnō cum Gallorum detrimento caperetur, qui inter alios Horaria Ducem Farnefum amiserant. Post hanc captivitatem Carolus Imperator mandauit, castrum hoc solo exquiri, & noui Hesdinum fundamenta ponit, & anno sequenti perfectum est. Situm habet commodiissimum ad ripam eiusdem fluminis Canche, uno milia propius Gallum distans quatuor miliaribus Menstrolio, & quinque à S. Paulo. Rigor & altero fluvio, vulgo Blangis à loco, in quo oritur, Ita, ut propter loci commoditatem, munimentum habeatur validissimum, & propter translationem omnium iuriū & priuilegiorum, quibus olim gaudebat Hesdinum versus, brevi tempore habitatoribus repletum est.

H E R V S A L E M, Civitas Dei electa, sancta & gloriola, fundata in montibus sanctis, loci eminentia, colli, solisque for licitate, cunctis mundi vrbes superans in totius Orbis, & iudea medio, seu centrum & umbellicus terræ, sita est: & tanquam Regia inter omnes accolas, velut caput in corpore eminet, splendidissime edificis sicut Sol præ ceteris luet. Tantaq; gloria illustratur, ut singulari quodam prenilegio, vnicus efficit locus à Deo electus: ac non tantum fideli cuiusque anime, verum etiam electis Christi Ecclesiæ in terra militantis, deniq; & beatissimi illius in celo triumphatis existet figura. Vrbs, perfecti decoris, gaudium & exultatio, vniuersa terra. Hæc, circum annum à mundo creata, bis millefum & vigesimum tertium, tempore Abrahami à Melchisedec Rege condita, & Hebraicæ S A L E M, Græcæ vero S O L Y M A, vocata est, atque ab eo quinquaginta annis postea videtur. Deinde Iacobus, a lebuto filius Chananae prognati, ipsam occupauerunt: à quibus I E B U S, & I E B U S A L E M dicta est, cuis Regem Ioseph occidit. Tenuerunt eum Iesu, annos octingentos, & viginti quatuor, cantumque vrbis fidebant firmari, ut, David Regi ipsam oppugnare per contemptum cœcos, claudos, ac mutilos in mortibus collocarunt, dicitantes hos, ad arcendum hollum sufficere.

At David, expulsi Iesu, vrbe per circuitum rediſcas, are muniens & inhabitans, totius eam Iudæa prouincia Metropoli, & Regni sedem fecit: atque deinceps I E B U S A L E M, quasi I E B U S A L E M, b, elemento euphoniz gratia, in, mutato, Græca autem, inflexo vocabulo, H E R O S O L Y M A appellata est. Sunt tamen, qui scribunt, a templo, quod Solomon in eius magnificissimum construxit, Hierolymam nuncupant. Nam Græci, ipsos, templum vocant, quia Hieron Solomoni, hoc est adem Solomonis. Quam deinde Solomon, aliquæ Reges Iuda multum ampliaverunt, ac validissimi portis, turribus, muris & fossis, item templo, palatis, præclarissimisque edificijs, ita munierunt, ut exornauerunt, ut totius Orbis inter vrbes miraculum esset, ac silentio magis, quam infimo sermone honoranda sit. Hoc ornata ac splendore, annis quadringentis & sepe aginta septem, velut terrenus Paradylus fuit, habens circuitum quinquaginta stadiorum, & per gyrum vrbis fossam in lapide excisam, sexaginta pedu profunditate, latitudine vero ducentorum & quinquaginta, in qua commorabantur homines, circa centum & quinquaginta milia. Verum cum principium populique impietas non modo templum idolorum abominationibus prophanaasset, sed etiam sanguine innoxio crudeliter effuso vrbe ad os vñque impluisset, diuina vltione per Nabuchodonosor Babyloniz regem (Dei autem flagellum) vna cum templo, principibus, & populo ita funditus euerat, ac septuaginta annis desolata fuit, ut sy onus quasi ager araretur, & Ierusalem quasi acerbus lapidum esset, & mons templi quasi excelsa syluarum vco, interea, tali Hieronymo, nec quis volauerit, nec bestia pertransierit per eam. Deinde à Iudeis, de Babylonica captiuitate resiuit, templo dianxit agre extuccio, portis, turribus & mœnibus carens, annos sexaginta tres inhabitata est. Ceterum à Neemia intra dies quinquaginta duos, ambitu tringinta trium stadiorum, portis, turribus, validoque muro cincta, & posita à Machabeis Herode & aliis per quam magnifice publicis ac priuatis edificijs ornata, pristinum nomine ac illatu annis quingentis & viginti quatuor gloriosa & populo clarior: viros, propter domorum frequentia ac densitate, habens multos & angustos. Quo tempore ibi, eu in theatro Iesu Christi salutem nostram opera us effata, inde velut a centro, Apolloli Evangelicam prædicationem in vniuersum terrarum Ordinem divulgaerunt.

Sed anno post Christum passum trigesimum octavo in occisionis Christi vindictam, Titus Caesar Romanus eam muro triginta nouem stadiorum triuio circumdedit, & ludos ex omni tribu festum Pasche ibi celebrates, vrbe velut in carcere clausit. Vnde

I N D E X.

- de vrbis illa toti mīdo admirabilis, facta est & spelunca latronū, & sepulchrum mortuorum. Nam intellinis cedibus, fame, pelle, & gladio, vnde centena milia ludeorum in ea perierunt, ipsamque vrbem Titus totam ita funditus eruit, vt, qui ad eam accesserent, habitarat aliquando esse vix crederent. Tres autem tures Herodianas, nōc Hippicum, Mariamme, & Phaselum, quā tam magnitudine, quam pulchritudine præter alias eminebant, cū iuratisque eam muri partem, que eas ab occidente cingebat, inconclusa reliquit; ut et esset castrum Romanis militibus illis custodiens canā relinquentis, num vt posteris indicaret, qualem vrbem, quā mea munitionis, Romanorum virtus obtinuerit. Sed post annos sexaginta quinque, Iudeis rufum rebellibus, Aelius Adrianus Imperator multa corum milia delevit, ac tures illas cū reliquo muro penitus destruxit, iustitique ciuitatem alpergi facto, quo dux, iuxta Saluatoris oraculum, non est relictus vrbis lapis super lapidem. Ciuitatisque tortus pomerioris plurimum contraxis, denouo eam extreus, vniuersum montem Syon, vna cum Palatio Salomonis, Reginz, & domo fatus Libaniū portam anguli, & castrum Assyriorum, totumque eum Iorazem angulum, ad portam Ierusalem ad portam Ephraim vsque, vrbis ambitum excludit, montem autem Caluarie, & sepulchrum Domini, que prius extra moenia fuit, ut, vrbis muro septentrionali inclusa, & in fronte eius porta, quā Bethleem ibatur, sicut in marmore sculpta, Iudei eidem subiecti, hoc modo significans, eos Romanos porciati subiacere: quibus & edito interdixit, ne amplius vrbem illam intrirent, aut ex loco quopiam excelliore eminētis alpercirent, exinde a suo nomine A E L I A M C A P I O L A M nuncupari voluit. Quæ deinceps à Christianis inhabitata, & Patriarchali fide insigita, successu temporis recepto nomine I E R U S A L E M, annis quingentis in Christiana Religione floruit.
- porro anno à Christo nō sexcentesimo trigesimo sexto, à Saracenis in Aegypto regnantis capti, & annis quadringentis sexaginta tribus possella fuit.
- Decendit anno Christi, millesimo, nonagesimo nono, à Christiano, Duce Godefrido de Bullion, qui & primus vrbis murum transcedit, id est Iulii, magna fortitudine violenter expugnata est, feria sexta, hora nona, eadē feliciter die & hora, quā Christus mortuus est, tantaque per ciuitatis plazas, vicos, & angportus, ac ipso in templo, tū ciuium, tum eorum, qui ex viciniis oppidis & suburbanis in eam confluunt, strages facta est, tantaque fanguinis effusio, vt nemini nisi per interemptorum funera transtulit, patet, ac talor tenuis in occisorum ianguine graderetur, vtque ipsi viatores a planta pedis vsque ad verticem crinore maderent. Qui verbo positi, armis cordibus depositis, loca venerabilia, Christi preuentia, passione, resurrectione, & alcesione sanctissima, tā fidelibus qui in Ierusalem habitant, sibi ostensa, audi vestigis mira devotione dicta, sepe circumseruit, & deosculatu finit. Octaua autē die vnamimur Duce Godefridi elegerunt, ac Regē lerū, & ea erexit. At vir Deo plenū, humilitatis causa, corona aurea, Regū more, in sancta ciuitate noluit insigniri, ea contentus, & illi reverentiam exhibens, quā humani generis Imperator, in eodem loco vlique ad crucis patibulum pro nobis salute spinea deportavit. Sic itaque Ierusalē à Christianis recuperata, ab eisdē per octoginta octo annos retenta fuit. Postea disidentibus inter le Christianorum Principibus, a Saladino Aegypti Sultano recepta, & annis trecentis triginta occupata fuit. Annis autem Domini millesimo quingentesimo & decimo septimo, à Selimo Turcum Imperatore insula, eodem murorū ambitu à Turcis etiamnum polsiderit: qui eam Curumobarech fīe Codsbarich, hoc est, vrbem sacram nominavit. Prima itaque eius fundatione, in prefecitate usque Christi annum millesimum quingentesimum octogesimum quartum, fluxerunt anni ter mille quingenti, virginis & virūs.
17. HINDELOPIA, marinis flueibus in Frisia occidentali obiectum oppidum.
18. HISPA LI S, vulgo Scuilla, celebre & peruerustum, à Julio Caesar nobilitatum & amplificatum in Hispania Bætica provinciā in ripa Eriti fluminis emporium, quod Gaditanis matris littus, amoenissimum situ illustrat. Post Maurorum ex Regno Granateni cessionem, constituitur Bætica Provinciā Metropolis in Concilio Eliberitino, & sub Ioanne XXII. Pontifice: Cuius Metropolita, telle Valero, tempore Hormidū Papae in Lusitania & Bætica, hoc est, tota vltiore Hispania, vires habebat Romanī pontificis, cui subsumt comprounciales Viennensis & Gadicensis. Goti, qui Hispalim aliquando copiosa multitudine tenuerunt, Regiam ex ea Curiam Totum transiit.
19. HOLMIA, vide STOCKHOLMIA.
20. HVENA.
21. HVSEMV M.
- I.
22. ILSTA, Frisia occidentalis oppidum.
23. ITZENHO A, laetum, ac elegans Holstiae oppidum, Storē quis probè instructum, ac cinctum, de quo ex nobilissimi strenui, ac doctissimi viri, D. Henrici Ranzoui Musico, huc, quæ sequi nunt, accepimus.
24. An.1000. Bellingo Duce Saxoni amuta Ludero, Sum, quando Caesar tertius Otto fuit.
- Sub. Hen- Meg, mētius defensare potenter.
- ric. 2. Vandali Holsticas, depopulante domos.
- An.1012. A VVoldemaro, porr̄ sum viēla, secundo,
- An.1201. Qui tenuit forti, Danica sceptra manu.
- An.1233. Prata mibi & filias, quartus donauit Adolphus.
- Eius concessit municipale simul.
- Quodq. Monasteriū cernis cū laude Gerhardus.
- Filius ipsius, condidit aere grauis.
- In quo cum reliquis post ultima fata quiescit,
- Frideri- Expellans reditum Christi benigne tuum.
- cus 2. Stora est, qui fluitas hic me circuadit humor.
- An.1584. Moregit, ait Daniel qui modò Sceptra tenet.
- Nō procū a ciuitate Itzeni pagus est Nordoe, vbi mons cōspicuus, in quo olim Nymphas habitasse, vetustas credit, in eo Pyramis ex candido lapide, cum hac in scriptione, erecta videtur. Ad ortum.
- D E O T R I N O E T V N I S A C R V M.
- D. Frederico I. Christiano III. Frederico II. aeo, patri, ac filio Danorum Regibus pījs, vīctoriosis ac bene de se meritis.
- Henricus Ranzouius duorum posteriorum in Holstia Vicarius nec non Ioanni Ranzouio, Annæ VValstorpia parentibus gratitudinis ergo, tum sibi ex uxori sua Christiane at Halle, filijque in filiis Francisco, Bredoni, Frederico, Gerhardo, Theodoro, Caio, Ioani, Magdalene, Catharine, Elisabeth, Olgarde Margaret, & horū posteris posuit, anno domini M.D.LXXXVIII.
- Ad meridem, horologium solare est, quod præter horarum discrimina, Zodiaci signum indicat, in quo sol annuatim veratur, eusdemque ortum & occasum, additis his verbis:
- Vmbo horas Phœbus designat climate nostro,
- Nodus, quod signum Sol tenet, arte docet.
- Num solitum mutet post plurima secula cursum,
- Phœbus posterit at sera notare potest.
- Ad Septentrionem.
- Construxit tribus ex ordine Danorum Regibus sibi ac suis Henricus Ranzouius, hoc monumentum posteritas exoptatissima, & vt innotulatum maneat, rogat, aeternaque te diuinitati in omnia orbis ventura secula commendat.
- Anno à principio mundi, 5540.
- Anno diluvio inchoato, 3840.
- Anno à Christo nato, 1578.
- Anno à nato Pseudopropheta Mahomete, 985.
- Ad occidentem.
- Henricus Ranzouius hoc laetus memoriz fratri Pauli ac Magdalena sorori dedicauit.
- Spes salutis ipsam feuitiam doloris leuat.
29. L A N D I S C R O N I A, vide tam in opere, quam in Indice C R O N I A.
45. L A V Y I N G A, sive L A V B I N G A, Sueicum oppidum apud cruditor, eo potissimum nomine, celebre, quod ad mirabilis doctrina & virum, Albertum Magnum ediderit, professione Dominicanum, Episcopum Ratiponensem, quem dignitatem deinde vltro deponebat, ad paupertatis professionem Coloniam rediit, & ologenariis moritur. Multorum auctor operū, quæ Gefnerus in sua Bibliotheca, complura ultra centena, commemorat. Ac præter, quā Philoſophicis, & Theologicis scriptis præcipue claruerit, abdita etiam, & pzelara de lapidibus, gemmis, mineralibus, & Magia naturali edidit. Hinc Crispinianus, in vita Guilhelmi Caesaris, nelicio tamē, ex quam probato auctore, scribit, hūc Caesarē, postquam Aquigrano coronatus, redire Coloniam, laudissimum instituisse Principib' conniūcum, in quo, vt fertur, & quod admirandum, mirabili opera Alberti Magni philoſophi, arbores, media hyeme effloruerint, & herbe germinant, si verum est, quod scriptores eius eratis, & qui se vediſſe commemorant, tradunt, quod factum, fratribus sui ordinis in Traiecto, præmium ingens, cum redditibus dicitur donasse, atque monasterium construxisse.
50. L I P P I A.
50. L V C I A, Romanorum in Tuscia Coloniz, ad Auferim fluuium, qui & Aefarus, nunc, Serchio, teste Leandro, & iam ē non, vt prīcis temporibus, in Arnūm iuxta Pisam exonerat, (quemadmodum Abrahamus Ortelius, tertio, coquē accuratissi mo Thea-

I N D E X.

mo Theatri sui additamento, in antiquo Tuscio typō, solerter exprelisit) fed à Luca, mare recta petis. Nec idem etiam est cū eo, quem Blongius à Lilio, Melam dici perhibet, cum perperam legat, quia in castigatis Curijs exemplaribus Macra legitur, qui ab Aueri est diuersus. Refert Platina in vita Alexandri Secundi, huc Pontificem, Ecclesiam & urbem Lucensem, multis priuilegijs, ut in eorum annalibus apparet, ius fugientem reddidisse,

29. **L V N D I A.** Danico elegans oppidum, ab Anglis prima fundatione incertam tamē historis, exitum perhabet. Fuisse enim olim inter Anglos & Danos frequentissima commercia, easque frequentes in Daniam comeatis Anglos, vel illud argumento esse poterit, quod Angli fuerunt eorum nonnulli, qui & primi per Daniam semina iacebant Euangelij & poetea in hac gente religionem profitebantur, & propagabant Christianam. Ex Anglia certè in Daniam adduxisse scribitur S. Canutus Rex, Bernardum illum, qui Olauum pariter Trugotii filium Norwagij regem baptizauit, quem & Lundia (quæ haud dubie ciuitas tum erat percelebris) epulatum scribit Saxo. Crantzus etiā Lundia Episcopum facit, quamuis id perperam. Et Anglus erat Gotobaldus, Suenone primo, subanum Christi circiter, 1000. in Daniam adductus, quem quidam Schanzus Episcopum fuisse memorant, sed & id fallo: Et VVilhelmus Episcopus Roschildensis Anglorum erat natione. Egimistenus, & Richwaldus, primi apud Lundenses, quorum Saxo meminit Episcopi, Althochus quoque quis? Canuti Regis, & filii eius Caroli, Flandriæ Comitis, paisiones ex exitus perquam trifiles scriptae complexus est. Angulum se fateatur ipse & annos, 24, in Dania veratum scribit.

Ob hec itaque quotidiana Anglorum cum Danis commercia, ob eandem illius opidum cum Londino Anglie appellationem, plerique Anglos, primos eius fundatores exsuffiant, quod Danicis periti historis, rationibus etiam suis commoti, negant.

Peregrina collegiata Ecclesiæ Lundiam mirabili exornat, habet illa sub choro, quoniam late est patet. Hypogaeum, quemadmodum Saxo id nominat, Cryptam hodie vocant, vbi olim non minus quam in ipso templo faciebant. In hoc (vix Saxo sit) Hypogaeo Bernardus ille Anglus, de quo superius diximus, quietiter, in certum tamen hodie, quæ Hypogaei parte, Birgerus, qui erat ex Archiepiscopio Lundensis per pontificem Rom. consecratus & confirmatus postremus, idemque inter Archiepiscopos numero, X X V I anno altero & ante mortem (obiit autem in anno domini, 1119.) horas 8. Virginis in hac Crypta a se separata, singulari diligenti insitutis quotidianis decantandas, additis ad sustentationem corum, qui sacris illis operarentur, redditibus haud paenitendis. Templo verius Austrum, adhuc Sacella duo, alterum orientalis B. Dionygio dicatum, & a Carolo Archepiscopo XIII. exstructum, anno dominii, 1327. vel Paulo ante alterum magis ad occidentem D. Georgij vulgo dictum, quod a Petro Lyckio Archepiscopo XXII. conditum. Erico VIII. Rege, non minus celebre est, quam Carolinum illud, seu Dionysianum. Eudem templo ad occulatum iunguntur turres excelsæ duæ, similiter ex lepto lapide, quemadmodum & templum ipsum, constructæ. In harum altera campana olim erat Marialaura dicta, à Maria nimis, & Laurentio, diuisi precipiis, quorum patricio commedea erat Lundia. Hæc magistrudine sua longè excelluit Nolam eam, quæ Erfordia est, ob capacitatem celebris, quod tellari possunt, qui Vtranque viderunt, & mens sunt. Verum hæc Lundensis, incantans aliquando pulsaria, cum sui quadam parte funderetur, ac rimâ duceret, vt sonum reddiderit & inconvenientem, nec viui am plus esse hic posset. Communis eam Rex Fredericus II. curauit, arque Croneburgum transferri, anno domini, 1277. Ex qua postea duæ aliae non contemnenda magnitudinis campanæ fusa sunt, que nunc Croneburgi viuentur, suspenſe. Ad horologium venio Laurentianum, in quo est, quod obliterare forte conueniat. Non distinguunt quidem illud, sive peculiari editio, horas singulas per tetradas, sive quadrantes, quod faciunt alia quedam per Daniam horologia, & idem hic fieri non magno negotio posset. Nec etiam (quod in Belgio pafsum vñitatum) præludia offentat musica, quoties horæ seu medie seu peractæ dandum est indicium, quibus rebus affici solent, quasque mirantur plebei, & ac vulgus hominum, aliud autem quidam est in automate eo, quod magis mirantur, ac ameni docti. Situm est horologium, in inferiore templi parte, qua in turrim ascendit. Australem, vbi tabula paries affixa vñitatur quadrata, oblonga, vñcunque magna, circulis aliquor variorum colorum distincta, quorum, qui maxim' est, diametrum habet pedum circiter 8. In qua quidem tabula, per certos eius rei indices, & annus currens, & mensis, ac septimana, dies quoque singuli, ac horæ singulae, in quibus agunt homines, monstrantur liquidissime, eo etiam iudicato si festum celebratur, seu fixum, seu mobile. Docetur item, quis luminarium folis ac luna motus, quæque horum in Zodiaco loca diebus singulis, & ad se inuicem habitundines. Et foris quidem in dicta tabula hæc spectantur: intus autem, machinis quibusdam, ad id fabrefactis res agitur. Quib' illud additum est, velut raptum, led

& id arte factum, ut quoties publicè signum datur horæ elipſis, supra tabulam ipsam, qua templum spectat, duo concurrant simulachra, equites dixeris Caraphractos, quæ rotante istib' percutunt, quod signa dat Nola major, in turri supensi, quæ horam indicat. In hac ipsa tabula, est id quoque magis forte mirandum, in medio velut in throno collacatum est Simulachrum Virginis. Deiparum finu tenetis infante. Ad latera huic officiis duo, ante pedes velut Theatrum, semicirculi forma, arcu huic spectaculo obuerio. Intus Machina cum simulachris triom Magorum, quorum singulis singulis sunt famuli additi. Machina mota, ad eius, cui hoc negotium datum est, arbitrium, prodeunt simulachra. Ante alios quidem veluti Caduceatos minitabundus, gladio vibrato pulsat osium, quod sinistrum est virginis, eo aperio, ordine proceditur. Bocinæ simili duabus sonantib' quas inflare videntur, quæ iuxta collacata sunt, toridæ buccinacorum simulachra. Qui primus est Magorum, magnifico & planè Regio protidit per theatrum incessu. Ad virginis simulachrum vbi ventum est, reverenter ad hanc vertus inclinat se Magus, velut ad orabundus, mosque conuersus progrederit, sequentibus alijs. Faciunt idem reliqui Magi, secundus & tertius. Famuli, quorum singulis singulis sequuntur dominos, immoti procedunt, nulla edita erga virginem reverentia significacione. Horum pôltremus, iterum intra receptus ad suos, omnia quod virginis dextrum est, post se claudunt, ita quidem, ut & clarior quidam sonus, eo occasione ad aures spectantem perennat, quibus id iucundum spectaculum est.

Quod ad horologium attinet, cum in eo ars eluetat præcipua,

facile arguit, maiores rerum Mathematicarum, sufficere hand in expertos. Est enim id opus minimè nouum, quamvis certè non constat, quando, vel a quo, sat quibus auctorib' id fuerit conjectum.

